21 habere locuz nisi in simplo. ¶ † Subdit postea Bal. pone statuto cauet q magnas cdenet in quadruplu q popularis. Modo magnas vulnerauit aliquez de nocte: vbi popularis pro qualitate noctis 3denaret in duplu vn magnas 3denabit in qdruplu illius dupli: an in qdruplo simpli videt q sic p ea q dicta sunt. Sed dic qd videt: qz in simplo dz hic accipi totu id in q 3denaret popularis: qz habet respect ad illa summa z sic ro multiplicatiua respectu psone no respectu simplicis facti: z hoc veri Vn dict magnas veniet in casu pmisso sic 3denadus. Et ita cosuluit Iac. de bel. fm Bald. ibi. z dicit q ista est cois practica: qz ex termino ad que fit relatio debem ista multiplicationem assumere. Et ita i istis qonib decidit Ang. in. d. §. si qs. Qui facit mentionez de doctrina Bald. fris sui z in olb approbat dicta sua allegao et Bar. in. d. l. si pses. Et de materia vide pulchra vba Bald. post gl. in. c. j. §. fi. de pace teneda. ¶ Ite adde qd vna pulchra limitatione ponit Bar. in hac materia i 3si. suo. excix. qui

22 dicit † quod ista statuta duplicantia penas pter locu intelligi debet qn illud delictu pot fieri indifferenter i illo loco z in alio: sec si tale delictu no posset fieri nisi in illo loco tm: z ibi vide exemplu. Ite adde inqtu. S. decisa est qd de nobili offendete: vbi pena dz qdruplari q 3 illam decisione est tex. in. l. in furti. ff. de fur. que tex. in hac materia reperio ponderasse Bart. in. l. j. §. cu plures. ff. si fami. fur. fe. di. que text. ibi in. d. §. cu plures. iuncta glo. pderauit etia Bart. qui

23 dixit not. ex isto tex. iuncta gl. † q quando pena imponit respectiue ad alia intelligitur cum olbus qualitatib illius pene ad qua fit relatio. z pro hoc dicit hoc anno erat qd dicit statutu q nobilis puniat pena qdrupli ei in quo puniret ppláris. Cotingit q nobilis delinqt de nocte vel in platea qrit vtrum pena debeat qdruplari pena simplicis maleficu an vo pea maleficu sic qlificati et dicit q hoc vltimu vr verum: quia ad illa refert cum olbus qualitatibus suis. Sed dicit qd in 3rium facit. d. l. in

furti.in fi. Tamē in hac materia approbat Bartol.dicta per ipsum in hoc materia in.d.l.sanctio legum.ff.de penis.
24 ¶ †Item adde et intellige predicta nō habere locū in penis correlatiuis.hec fuit aurea decisio Bald. in.l.athletas. in.§.calumniator.in fi.ff.de his qui no. infa.qz ex illo tex.iūcta doctrina Guil. ubi dicit ex hoc no.q lz magnas debeat puniri in quadruplo quā popularis crimine pbato contra eū:et euenit q magnas fecit falsas accusatiōes cōtra popularē:ita q veniet puniēd⁹ pena talionis nō punietur in quadruplo:sed punietur in simplo:sicut dz puniri popularis crimine probato contra eū:z hoc facit pene i.lepotitas.Unde dicit ibi Bal.q ista ne loquētia de pena quadrupli debēt intelligi vbi pena imponitur:nō habito respectu aliquo alio:sed simplr:nō autē in penis correlatiuis qd dicit esse notabile et mēti tenendum.¶ Item adde aliam limitationē quā posuit Bal.in.l. 25 cū in furti.ff.de in litem iurando:†qui dicit q statuta talia que dicunt q pena de nocte sit duplicanda nō habēt locū in pena abscisionis mēbri:puta manus vel pedis:qz dicit q in penis corporali bus vna executio sufficit:vñ dicitur q hominī semel statutū est mori:z mors est vltimum terribilium.¶ Sed aduertē:qz cōtra istam decisionē videtur esse doctrina Barto.in.l.vulgaris.ff.de fur. Et dictū est.ā.qui Bar.videtur velle q si statutū non venit ad speciē:sz dicit q abscindatur man⁹ et nō dicit plus dextra q sinistra q sicut multiplicatur quātitas in genere generalissimo in istis dētis.Ita multiplicabitur pena in hoc genere subalterno.Sed ego non approbo doctrinam Barto.sed plus mihi placet doctrina Bald.et ea ratione quam posuit Bal.in.l.j.C.de sent.que sine certa quātitate qui dixit q si quis commiserit delictum vnum cum mille qualitatibus et quelibet qualitas haberet de se penam:tamē inter penas nō possunt excedere quadruplum:et hoc in penis pecuniarijs quod est notabile.Postea 26 †subdit q statuta loquentia de penis duplicandis non habent locum in pena manus vel pedis:quia fiscus in penis pretendit causam lucratiuā.l.apud celsum.§.de authoris.ff.de ex.ep.doli. sed plures cause lucratiue non concurrūt.Itē sicut totus hō est species quedam:ita quodlibet membrū.z lex dicit q si testator duplicabit legatū nō porrigitur ad species.ff.de leg.ij.l.lucius. §.impuberem.Ergo quia nō potest duplicare personalem penam imponet illam penā personalē simplicem:z vltra hoc penam pecuniariam arbitrio suo quasi pena psonali non cadente.¶ Aliij dicunt q si non pōt amputari vna manus amputabitur altera.Sed dixit Bal. q dixi veri⁹ z humanius est:qz mutilatio secūde manus est lōge maior pena quam prima:z iō pl⁹ esset quā duplicatio:sicut patet in euulsione oculorum:z ita hoc approbo.Sed bene no.q talis ɔdēnabitur in pecunia arbitrio iudicis. Et vide Bal.in.l.luci⁹.§.impuberē.ff. de leg.ij.¶ Itē adde q statutū loquēs 27 de penis duplicādis.†Si delictū fuit est in palatio:op⁹ est q illud delictū qd fit in palatio sit tale delictū qd pōt cōmitti z in palatio z ex.Ad hoc vt pena duplicetur:qz pōt esse delictū:qd nō pōt committi nisi in palatio.z no.quia ista fuit elegās decisio Bar.in quodā cōsilio suo in ordine cxcuij.quod incipit tu 28 dertinus.ibi vide.† Et an tale statutum de penis duplicandis militet in spe si statutū dicit si qs vulnerauit stet per.x. annos extra ciuitatem.Et alio statuto cauetur q pene duplicētur in delictis de nocte factis.¶ Adde Barto.in.d.§. impuberem.et remittit se ad dicta per ipsum in.l.in senatus.§.fin.ff.ad turpil. An autē species possit duplicari pꝑter statutū qd duplicet penas.Adde Bal. in.c.j.§.si duo de pace tenenda.Et vide Bald.in.l.j.in fin.C.de senten.que sine certa quantitate.z Bald.in.l.si cum exceptione.§.quatenus.ff. qd me.cau.Et adde Moder.in.d.§.duob⁹ in.l.meui⁹. z in.l.lucius.§.impuberē.ff.de lega.ij.z oēs dicunt q tale statutū nō hz locum in penis corporalib⁹ in specie que multiplicari non possunt. quod not.Adde que dicam.j.in glossa que incipit:quas

si non soluerit infra.x.dies amputetur sibi manus dextra.

29 ☞ Inquiritur simpliciter de vulnere et pendēte iudicio sequitur mors quid faciet iudex.

30 Qualitas mortis qñ possit addi proces sui formato de vulneribus.

31 Consuetudine generali totius mundi est derogatū oibus legib⁹ punientibus homicidium consummatum.

32 Accusauit titiū scium ꝙ eū vulnerauit hac accusatiōe pendēte et probato illo maleficio ꝑ testes.mortu⁹ est titius an te sniam an iudex poterit procedere ad condemnationem super morte.

29 Ange. ¶ † Quid si aliqua dictarū qualitatū omittatur. Et primo quero simplr inquirit de vul neribus et pēdēte iudicio sequit mors quid faciet iudex? Rñdeo aut iudex in sua inquisitione apposuit illam clausu lā ⁊ in bonā formā scʒ sup quibus om nibus ⁊c.⁊ tunc etiam eodem processu deducta morte:⁊ pena etiā per modum additiōis.vt dicā.j.in gl.sup ver.qui.d. iudex addidit ⁊c.et ꝓbata morte in eo dem processu poterit de morte puniri vt dicam.j.in glos.super verbo emer gentibus et connexis:aut dicta clausu la non est apposita:vel si eam apposuit non posuit eam late vt decet:⁊ tunc aut loquimur de iure communi:aut secun dum statuta. Primo casu potest in eodē ꝓcessu de morte cognosci ⁊ puniri:quia de iure cōi valuit accusatio et inquisi tio si simpliciter de vulneribus fuerit dictuʒ:lʒ de morte omissum fuerit:quia lex cornelia de sicariis non requirit ꝙ percussus moriatur:sed sufficit ꝙ ani mo occidendi percusserit: vt.l.si is qui cum telo.C.de sicariis. Un si dicta qua litas mortis postea in processu de sim plici vulnere addat nihil dicitur addi sed exprimi:qđ tacite inerat vt.l.iij.ff. de lega.j.sed ꝯm formam statutorū que requirunt ꝙ aliquis vere occiderit ne cesse est ꝙ fiat additio ad hoc vt de di cta morte secuta postea possit fieri con dēnatio:ita nota.dicit Bar.in.l.senatus ff.de accu.ver.aduerte qr ⁊c.facit quod idem no.in.l.pretor.§.j.ff.de iniuriis.et in.l.nunꝙ plura.ff.de priua.deli.ver§. quero circa hoc ⁊c. Tu iudex sis tñ be ne cautus ꝙ aliqñ ex forma statutoruʒ: vt est peruſū maior pena est de vulneri bus quā sit de morte:ꝙ tunc qñ ꝓcedit per inquisitionē de simplicibus vulne ribus nō facias dictā additionē tuc in quisitiōi de morte.⁊ idē qñ ꝓceditur ꝑ accusationē ꝙ nō patiaris accusatoreʒ addere qualitatem de morte ⁊ isto casu a principio debes pati ꝙ accuset sim pliciter de vulneribus:ita eleganter di cit Bartol.in.d.l.nunꝙ.et in dicto ver.

30 ¶ † Sed dubiū insurgit qñ dicta quali tas possit addi dicto primo processui. hāc.q.format Bar.in.d.l.senat⁹.⁋si.ex tra gl.qro de qua dicā late.j.in gl.super verbo.qui iudex addidit ⁊c.concludit tñ Barto.in.d.l.senatus.in accusatione formata simpliciter ꝙ vulnerasti tituʒ sed in ea non est dictum de morte:sed qr vulnus erat tale ꝙ remaneret cica trix.an propter mortem vel cicatricem omissam possit nouū iudiciū inchoare. nam dicit ꝙ si secūda accusatio ꝓdu cit ante nomen receptū inter reos in prima:⁊ tunc sup scđa audietur omissa ꝓma:vt.l.ij.§.fi.ff.de adulte. Itē si hoc fiat post nomen receptū inter reos:qr sup scđa tanꝙ grauiori procedet:vt.l. per minorē.ff.de iudi.ita dicā in inqsi tione:qr iudex inquirēs succedit in lo cum accusatoris:vt.l.ij.§.si publico.⁊ ibi Barto.ff.de adul. Sed adde qđ not. Bar.in.l.denūtiasse.§.qđ tñ.ff.de adul. in fi.sed lati⁹ no.Sali.in.l.qui de crie. C.de accu.ver.iuxta ꝑdicta quero si in vna ⁊c. Adde etiā qđ dicā.j.in glo.sup verbo q̄ iudex addidit ⁊c.circa princi. ⁊ in ver.qđ si in prima inqsitione ⁊c. sed ego memini alias practicasse cum casus de facto cōtingit ad tollēdā oēm dubietateʒ ꝙ ego absolui inquisitū ab obseruatione iudicij ꝑmi de simplici bus vulneribus tantummō reseruan do mihi iudici ⁊ curie ne maleficia re mancāt impunita ius iterū inquiren di de dictis vulnerib⁹ ⁊ de morte ad vindictam ⁊ penam corporalem impo nendam:⁊ mandabam circunduci di ctum ꝓcessum ⁊ feci cum causa cogni

tióe:vez cū mihi noviter venit in noticiā q ex talibus vulneribus nunc mortuus est rc.facit.c.pastoralis. extra de excep.et postea formaui processum de morte.facit quod not.glo.r Barto.in.l. postq liti.C.de pac.r i.l.titia.r ibi Bar. ff.de accu.quod bene not.

Augu. Tu aūt in hac mā[a] adde qđ Bar.in.l.dāni.§.fabini.ff.de dā.infec.in.ij.col.tetigit istaz.q. principa.r refert qūo.Ricar.malū.q disputauit istā.q.s.qñ agit ex vulnere an sequi debeat cōdēnatio ex ipso pcessu de homicidio.r Ricar.malū.dicebat q si dictum fuit de vulnere mortali r pōt seq cōdēnatio de homici.si vero hoc nō fuit dictū r nō pōt seq cōdēnatio de homici.ex eodē pcessu.p.l.si vulnerato.et in.l.q occidit.ff.ad.l.aquil.sed ibi Bart. dicit q ista sua distin.est vā de iure cōi. qr nō reqrit mors:sz sufficit animus occidēdi:idē ergo si accusatio vel inquisitio cōtineret illū percussisse aio occidēdi.Sz hec nō pcederēt fm statuta q requirūt mortē:qr lz inquisitio sit facta de vulnere mortali nō pōt seq condēnatio de occiso qr illa accusatio nō fuit pposita:secus si accusator dixisset q̄re peto eū condēnari de morte r dic vt ibi late p eū. ¶ Adde tñ q hec doctrina Bart. r do.Angel.hic non vr verū de iure.Et hec distictio nō vz:imo indistincte debemus dicere siue loquamur de iure cōi siue municipali nō pōt seq cōdēnatio etiā si dictū est q vuln⁹ est mortale imo falsa vr conclusio sua ēt in eo.casu. Inquātū cōcludit Bart.talē etiā posse puniri non expectata morte:qr vt habeat locū pena homicidij sufficit vuln⁹ fuisse illatū aio occidēdi p.d.l.is q cum telo. ¶ † Adde q istud hodie nō vr verū.nec hz locū hodie:qr reperit qdā mirabilis doctrina Spec.quam posuit in ti.de accu.§.j.quā refert r sequit Bal. in.l.iij.C.de ser.fugi.r Ang.in.l.j.in fi.ff. q quisq iuris.q de gñali cōsuetudine totius mundi est derogatū oibus legibus punictib⁹ homicidiū nōdū cōsummatum.Et ita dicit.d.Catal.in tractatu sindicatus.q.clxxxvij.q cum ista sit gñalis cōsuetudo nō indiget probatione:r ideo vr idē conclu dendū de iure cōi sicut de iure municipali concludit in casu statuti.et ita l hoc passu cōcludit Ro.in.d.l.dāni.§.sabini in.ij.col. ¶ Adde etiam in hac materia q dixit Gandi.in tractatu maleficiorum in qōne illa. ¶ Pone statutū fore in ciuitate si quis dederit alicui alapā soluat cētū in x.pone q titi⁹ morti fere vulneratus accusauit seiū q eum vulnerauit.† Qui dicit q si iste titius accusauit seiū q eū vulnerauit r hac accusatiōe pēdēte:r pbato illo maleficio p testes mortu⁹ sit ille titi⁹ an cōdēnationē r sniaz: q iudex sup dicta accusatiōe nō poterit pcedere ad cōdēnationē sup morte:qr istđ est vnū ꝯ generib⁹ abolitionis q ipso facto a lege concedit absq petitiōe a pn̄cipe facienda.Nā mortuo accusatore sic mortuo accusato perit ois istātia iudicij r oia acta vt.C.si reus accu.mor. fue.l.j.§.fin.r.l. libellorum.§.fi.ff.de accu.imo absoluit accusatus ab obseruatione iudicij.dicit tñ q accusatio pōt instituī ab alio.J.xxx.dies r ēt ab heredibus accusatoris mortui nō vt ab heredib⁹ sed vt ab alijs d.l.libellorum.§.fi.r ibi ꝯcludit q si postea heredes accusant illū malefactorē secuta morte q illa acta ꝯ vulnerib⁹ facta cū vulnerato non innāt hz dcō sup morte

[a] ¶ In hac materia.Adde tu r vide Alex.ꝯ imo. in ꝯsi.xv.l.j. vol.r ibi an p generalez cōsuetudinē sit ꝯrogatū oib⁹ legib⁹ punictibus homicidiuz nōdū ꝯsummatū:et an cū qs est accusat⁹ ꝯ vulnere et seqt mors possit seq cōdēnatio vid etiā Bal.in cōsi. lxxxj. in .v. volu.

secuta. Un͂ non puto q ista doctria Bart. possit militare aliq mō i accusatore q accusauit d vulnere: zi eqꝫ postea mortuus qz de morte in eodē processu nō pōt sed condēnatio: dic vt ibi. z de materia vid Ang. olno l. d. l. senat' discedens aliqntr a doctria Bar. ibi. z ad de Bal. i. l. z si seuerior. C. de his q not. ifa. circa mediū. qui dicit q ꝫ doctrinā bart. l. d. l. senat'. reperit q Ja. bu. consuluit ꝫtrū. Et ita refert Bal. l. l. ancille. C. d fur. i fi. z vide Flo. i. l. si vulnerat'. ff. ad. l. aquil. q tꝫ ꝫ Bar. in aliquibus sequēdo doctrinā Spec.

a ¶ Laic' Adde i hoc z dic vt pulchre p col. i ꝫsi. iij. tit. de iudi. z pe. de aich. ꝫl. xv. Vict.

1 ¶ Delicto cōmisso in loco religioso iudex laicus z nō clericus hꝫ cognitionē et punitionē: et si eēt ꝫmissū i clericū

2 Delicto ꝫmisso i eccl'ia vel ei' cimiterio: iudex laic' n̄ pōt extrhere malefactorē de loco religioso: sꝫ ipse dꝫ eū capere z tradere iudici seculari.

b ¶ Capere malefactorē. Adde aliquid circa hoc et vide p Ro. in ꝫsi. cccxvij. et cccxxxiij. V.

I[I]ſti ſcalio sancti petronij cum ad vno dicta ecclesia: scilꝫ petronij ab alio platea cōis et alia latera z contra dictum tantum. ¶ † Quāuis delictum cōmissum sit in loco religioso: iudex tn̄ laicus[a] z nō cleric' habet cognitionē z punitionē etiā si esset ꝫmissum i clericū. vt. l. si qs in hoc gen'. C. de episc. z cleri. facit. c. inter alia. de immuni. eccle. ita dt Bart. in. l. si cui. §. fin. ff. de accu. et Bal. in aut. item nulla cōtras. C. de episco. et cle. versi. quero delicti. z cōmittitur zc. Et isto casu iste occidens poterit teneri de homici. et sacrilegio qz in loco sacro hominē interfecit: vt. d. l. si quis in hoc genus: ita dicit Bar. vt refert Bal. in. l. qui crimen. C. de accu. in ver. oppono tertio zc. z dixit Bart. in. l. senat'. in prin. ff. de accu. etiā si esset tale delictū ex quo vt dixi incurreret duplicem penam. z vna est ciuilis z alia ecclesiastica. vt excōicationis q̄uis a iudice fuerit absolutus vel cōdēnatus et penam soluerit tamen poterit condēnari a iudice ecclesiastico: ita dicit Jac. de bu. et Bald. in. l. placet. in pe. q. C. de sacrosan. eccle. † Et aduertas q si delictū sit commissum in ecclesia vel eius cimiterio iudex tamen laicus non potest capere[b] malefactorem et eum de loco religioso extrahere sed episcopus debet eum capere et tradere iudici seculari: vt est text. in aut. si quis ei. C. de adul. secus autem si deliquit extra ecclesiam et in ecclesia postea fugit. quia per iudicem laicum pōt capi et extrahi: vt in aut. de māda. prin. §. sꝫ neqꝫ homicide. Et est ratio qz quando deliquit in ecclesia non deliquit in territorio iudicis secularis: ideo ipsum in ecclesia capere non potest. ita dicit Cy. in aut. si quis ei. qd no. ad limitationem eorum que dixi. s. in glo. super verbo fama publica. s. in materia capture.

Augu. ¶ Tu autē in hac materia adde q Cy. in. l. pñti. C. de his qui ad eccle. confu. expresse tenuit q si delictum est factum in ecclesia iudex secularis nullo modo se intromittit sed iudex ecclesiasticus est ille q dꝫ punire tanq delictum sit cōmissum in sua iurisdictiōe. Ita reperio do. Abb. sꝫm allegasse in capit. fi. extra de immunni. eccle. z ibi do. Abb. refert doctrinaꝫ Barto. in. d. l. si cui. quem iste doctor allegat hic: vbi Bart. expresse tenuit cōtrariū p. d. l. si qs in hoc gen'. C. de epi. z cle. et ibi hoc etiā voluit Bal. pō. terās illā ter. ad hoc. Sꝫ dicit. d. Abb. in. d. c. fin. q opi. Bartoꝫ. est verior et pro sua opi.

induxit optime illū tex.in.d.c.fi.z tandē.d.Abb.remittit se ad not.per ipsum in.c.inter alia.extra de immu.eccle.Et certe.d.Abb.ibi optime distinguit:vide omnino ipsum an.d.c.inter alia.Et in hac materia adde Sali.in.d.auf.si quis et. q̄ dānat opinionem Pe.z Cy.q etiaz si a de iure ciuili delictū est factū extra ecclesiam vel in ecclesia:pr̄s secularis non pōt ipm̄ extrahere de ecclesia sine licentia iudicis ecclesiastici.per.§.sed neqz.in auf.de man.princi.et ibi ponit q si iudex ecclesiasticus denegat tradere iudici seculari.Hec aūt vera de iure ciuili:sed de iure canonico an pcedant vt confugiens ad ecclesiam possit extrahi inde siue delictum est factū in ecclesia siue extra et in q̄bus casib⁹.vide Imno.Io.an.bu.et abbatez in.d.c.inter alia.et in.d.c.fi.extra de immu.eccle.et p Alb.in rub.C.de his q̄ ad eccle.cōfu. z oino p Cy.in.d.l.pr̄ti.q̄ ponit q̄nem an et q̄n aliq̄s sit immunis vel non ex eo q cōfugit ad ecclesiā et an possit extrahi p iudicē secularē sine licētia iudicis ecclesiastici.Et vide oino q̄ dixi S.in glo.in verbo fama publica p̄cedēte in materia capture et Ang.in.d.auf. si q̄s et.C.de adul.vr̄ transire cum opinione pe.z Cy.cū aliquali limitatione: dic etiam vt ibi per eum.

☞ Priuilegiū cōcessum ecclesie dicitur etiā esse concessum per.xxx.passus in eius circuitu.

Ange. ¶ †Et no.q priuilegiū concessum ecclesie dicit etiam esse concessum per.xxx.passus in eius circuitu.xvij.q.iiij.d̄squis inuentus est z sic factum in confinibus ecclesie dicitur esse factum in ecclesia.Et sic captus in scalis vel ostio ipsius ecclesie dicitur esse factum in ecclesia.vt.l. presenti.§.sane.C.de his qui ad eccle. confu.z ibi Bar.

Augu. Tu in hac materia dic vt ibi dictū sunt.S.primo in verbo in scalis z c.et adde q in glo.Io. an.in.c.per exceptionez.de priui.li.vj. in verbo exempto super gl.ibi z ibi Io. an.multa allegat.

☞ Priuilegiat⁹ siue exemptus q̄ non tenetur coram potestate respondere si delinquat an possit per potestatem puniri.

4 **Ange.** ¶ † quid autez si sit persona exempta [e] vel priuilegiata:vt quia coram potestate non tenetur respondere et delinquit an possit puniri p potestatem not.Bar.in l.beneficiū.ff.de.cōsti. prin.vbi in effectu dicit sm̄ Pe.aut queritur de casu in quo specialiter est exemptus aut non. Primo casu pp̄ter delictū vel cōtractū non potest cōueniri. vt.l.ij. post p̄n.C.vbi de crimi. agi.opor.Secūdo casu aut quis conuenit ratione publicarū functionum:z tūc exemptio sibi non prodest.vt.d.l.ij. in fi.Si vero alia ratione cōueniatur z tūc aut data est exemptio loco et psone aut psone tm̄. Primo casu aut deliq̄t in territorio potestatis z exemptio ei nō pdest vt in auf.qua in puincia.C. vbi de crimi.agi opor.Si vero deliq̄t in loco exēpto z extra iurisditionem potestatis z tunc coram potestate vel ex inq̄sitione formāda per potestatē nō pōt conueniri.vt.c.volētes. de priui.lib.vj.z ibi no. Si vero exemptio siue priuilegiū sit data psone tm̄ z tūc aut est data rōne dignitatis aut persone:z tūc recurre ad.l. ij.C.vbi sena.vl' cla.z circa hoc distingue vt ibi aut ē data rōne publice

[e] ¶ Persona exēpta. adde tu z vide.Fede. in ɔsi.xxv.car. ɔsil.cxij.l fi. z cald.l ti.d loro cōpe. cōsi.iij.

a ¶ Verbu[m] iniuriosum. Adde q[uod] dicat[ur] verbu[m] iniuriosum et an requirat[ur] q[uod] iniuriat[us] revocaverit ad ani[mum]: et vide Jo. de ana. in c[on]si. xliiii. et Bar. i[n] c[on]s. cviii. inci. in q[uaesti]one verte[n]te et ibi qual[ite]r intelligat[ur] unu[m] v[er]bu[m] iniuriosum et per ro. in consil. cxcvi. et ibi an iniuria possit fieri p[er] scripturam et an qui obiicit alteri crime[n]. si no[n] probat te[n]eat[ur] actione iniuriarum. pe. de ancha. in co[n]sil. cccxxvi. Old. in co[n]si. cliiii. et an possit experiri discipulus in magistru[m] verberante[m] actione iniuriar[um] vide Bart. in co[n]si. ciiii. et qualiter formetur libell[us] i[n] actione iniuriarum. vide Alexand. in consil. ccxii. et vide Ange. in consi. xcv. et consi. cccxxvi. et an iniuria facta fratri dicatur facta sorori vide p[er] Alexa[n]. in consilio xcvii. in primo volumi. Ver.

utilitatis ut in militib[us] et tu[n]c aut loquimur i[n] civili aut i[n] crimi[nali]. p[rim]o casu no[n] po[tes]t cora[m] p[otes]tate co[n]ueniri. ut l. magisteriu[m]. C. de iurisdi. om. iudi. Secundo casu aut delictu[m] est co[mmun]e et enorme et tunc cora[m] p[otes]tate po[tes]t [con]ueniri 1 ut in au[th]. qua in provincia. aut delictum est 2 singulare ut vedere arma. et tu[n]c dic ut no. in l. pe. ff. de iur. om. iud. 3

Augu. Tu i[n] hac ma[teria] adde notabile verbu[m] Cy. in 4 au[th]. qua in p[ro]uincia. q[ui] dicit q[uod] p[ri]uilegiu[m] exe[m]ptionis perdit si exe[m]pt[us] aliq[uod] grave scel[us] [com]misit. et adde Joa. and. in c. i. de v[er]b. sig. in vi. in novella 1 po[n]dera[n]te[m] ibi tex. sing. in hac materia exe[m]ptio[n]is: et scias q[uod] exe[m]pt[us] d[icitu]r esse sub papa. c. p[er] exe[m]ptione[m] a de p[ri]uileg. lib. vi. Si t[ame]n exempt[us] deliq[ui]t in loco po[tes]t [con]ueniri sub ordinario no[n] obsta[n]te p[ri]uilegio exe[m]ptio[n]is. c. i. de priuil. lib. vi. p[ro]bat[ur] in l. i. C. ubi sena. vel cla. ibi vid[e] o[mn]es doc. ubi tex. dicit q[uod] rea[tus] o[mn]em honore[m] exclu[dit] et ide[m] si exe[m]pt[us] negociet[ur] in aliquo loco ut in d. c. i. et Bald. in l. i. C. in q[ui]b[us] causis nulli fori p[rae]scriptio &c. Et de istis exe[m]ptis vide o[mn]i[n]o Bal. in aut. h[ab]o actio[n]es. C. de sac. san. eccl. Et ad predicta optime facit text.

in l. si q[ui]s in hoc genus. C. de episco. et cle. qui probat q[uod] delictu[m] co[m]missum in territorio in loco t[ame]n exe[m]pto iudex territoriu[m] no[n] po[tes]t punire: n[a]m ista iudicantur a pari delictu[m] co[m]mitti extra territorium aut intra territorium in loco exempto. Et ita disputa[n]s Jo. tenet Joa. calde. in c. romana. §. co[n]trahentes. de fo. compe. in vi. ¶ Et o[mn]i[n]o i[n] hac materia adde Pet. de anch. et Car. et Imo. in c. i. extra de off. ordi. in cle[m]. et Bu[t]. in c. fi. de cle. peregri. et Bal. in c. fi. de capellis monacho. ubi habetur q[uomodo] ordinarius habet iurisdictionem in exemptos.

☞ Verbu[m] iniuriosum sive in genere sive in specie quod dicatur.

pluribus delictis in p[ro]cessu co[n]tentis si etia[m] contineant[ur] verba iniuriosa an p[ro]cessus p[ro]cedat etia[m] sup[er] illa verba.

Verbum q[uod] licet iniuriosum presumitur dictum animo iniuriandi nisi contrarium probetur.

Verbis iniuriosis si aliquis in iudicio excipiat: an possit agi contra illum iniuriarum si postea non probat.

VErba iniurio 1 sa et contumeliosa dicendo Adulterio. ¶ † Unde si statuto caveat[ur] quod de quolibet verbo iniurioso puniatur. hic esset primo videndum an hoc sit verbum iniuriosum[a] et quot verba sunt? R[espo]ndeo q[uod] in casu nostro est verbum iniuriosum. Nam verbu[m] iniuriosum d[icitu]r sive in genere sive in specie improperet[ur] aliquod delictu[m] co[m]missum ut in casu n[ost]ro traditore &c. vide Barto. et Bald. et alios in l. iii. in prin. ff. de lib. et posth. et Bart. in l. turpia. ff. de leg. i. et in l. his verbis. §. i. ff. de here. insti. ¶ Secundo dico quod d[ict]a ista traditore tu no[n] poi piu scampare: sunt unicum verbu[m] tantum et p[ro] uno verbo iniurioso d[ebe]t tantum puniri ita dicit Bar. da[n]do doctrina[m] in l. ite[m] apud labeone[m]. §. sed quo addicit[ur]. ff. de iniur. ide[m] no. Bar. in l. si q[ui]s. C. de bo. va. lib. x. et idem Ang. in l. si non conuicii. C. de iniur. Et ibi dicit Cy. q[uod] libellus in verbis iniuriosis non p[ro]cedit nisi addat[ur] q[uod] p[ro]tulit talia verba a[nim]o iniuriandi: nam potest

potest esse ꝙ sint prolata a propinquis magistro vel maioribus qbus corrigẽdi gratia lꝫ talia ṽba pferre. vt. l. j. C. de emen. ppin. ꝛ ꝯ emẽda. serno. Ange. vero ibi dicit ꝙ vꝫ pcessus si nõ appo nãtur talia ṽba vcꝫ aio iniuriandi. ar. ꝫ l. fi. C. de ana. excep. Ego credo ꝙ si libellus accusatorius formet solũmodo de dictis verbis: vtꝫ qꝛ dixit traditore nulla est dubitatio: ꝛ idem in inquirente solum de dictis verbis qꝛ cum accusator petat eum puniri et iudex dicat ꝙ intendit cõtra eũ pcedere ꝛ repertũ culpabilẽ punire apparet de eoꝝ intẽtiõe ꝙ itẽtat ꝙ dicta verba sunt plata aio iniuriandi: facit qꝺ maxime no. per Cyn. in. l. nec exemplũ. C. de fal. ꝛ in. l. si qs intentione ambigua. ff. de iudi. † qñ aũt in pcessu plura alia delicta cõtinẽtur: est magnũ dubiũ vtrum de dictis verbis ꝛ iniuriosis procedat. et etiam credo ꝙ sic qꝛ vnũ quodqꝫ verbũ appositum in inqsitione debet intelligi appositũ cũ misterio. ar. l. si qñ. ff. de lega. j. ꝛ sic ꝙ de eis etiã puniatur.

Augu. ¶ Tu autem adde in hoc materia ꝙ Ang. in. d. l. si nõ cõuicũ. nihil dicit de hoc Sed imo Ang. ibi dicit per. l. iij. ff. de iniur. ꝙ non põt agi iniuriarũ. nisi ille q facit iniuriãdi aio hoc fecit. Et ideo ponit exẽplum de astrologo et de ebrio q appellant aliquẽ furẽ cũ aio iniuriandi hoc nõ faciũt directo iniuriarũ non tenent. Sed bene verũ est ꝙ Bal. in. d. l. si non conuicũ. dixit distinguendo secundum doc. ꝙ aut dictũ vel factuꝫ allegatur ꝙ de se est iniuriosum ꝛ tunc aut psona q allegat cõmisisse iniuriã est psona que facit psumptionẽ iniurie cessare: vt qꝛ magister pcussit discipulum: tũc dꝫ dici ꝙ nõ aio iniuriãdi fecit. l. iniuriarũ. §. j. Aut persona cõtra quã allegatur non facit cessare psumptionẽ iniurie ꝛ tunc nõ est necesse dici in libello ꝙ aio iniuriandi fecerit qꝛ sufficit illud allegare ex q ꝯclusio sequit. ff. q in fraudẽ creditoꝝ. l. oẽs. §. lucius. Si vero dictũ vel factũ est indifferẽter ad vtrũqꝫ opꝫ dicere ꝙ aio iniuriãdi hoc fecerit. Et iꝺ cum Veneti dicant ꝙ fatui sunt astrologi. ꝛ sic alicui põt dici in bonũ alicui in malũ: dꝫ dici in libello ꝙ dixerit aio iniuriãdi: ꝛ dicit Bal. ꝙ hoc tenuerũt Pe. ꝛ Ja. de raué. ¶ Adde tñ que dixit Bal. in. l. si nõ conuicũ. C. de iniu. dum sumat illã. l. qui dixit † ꝙ oẽ verbum iniuriosum psumit dictũ aio iniuriãdi nisi ꝯriũ pbet. Et sic cõcludo si verbuꝫ est iniuriosum de se nõ opus est ꝙ illa verba dicant in libello. qꝛ eo ipso lex psumit hoc: vt dixit ibi Bal. i summario pbat aũt ꝯriũ ꝙ nõ aio iniuriandi hoc dixit vt dixit Bar. l. j. vt vi. ff. de iusti. et iur. qñ a mẽtecapto vl ꝯiũcto ẽ dcm̃ vl a magistro. per glo. l. j. C. de sica. cum simi. nõ dubito ꝙ qñ est verbũ indifferens: qꝛ põt esse iniuriosuꝫ vel nõ opus est ꝙ hoc dicat in libello ꝙ aio iniuriãdi hoc fecerit. Sed etiã hoc nõ sufficeret nisi etiã postea pbaret per libellantem: ꝛ hec pbatio sufficeret per coniecturas: qꝛ dolus hoc modo pbat. l. dolum. C. de dolo. Et moueor ex eleganti doctrina Bar. quã posuit i ꝯsi. suo. ciij. incip. in. q. vertente inter dñam. n. et. o. Qui dixit ꝙ qñ aliqꝺ verbũ pferiur in aliquã psonã ꝙ ṽbum põt sonare iniuriã vel nõ. Et sic est indifferẽs verbum ṽba illiꝰ indiscretionis accipiẽda sunt in mitiorẽ ptẽ p. d. l. si de interptatiõe. ff. ꝯ penis. Et vide Ro. in ꝯsi. suo. xxvj. ꝛ ibi pulchre ꝛ late ponit qñ alicui dr ṽbuꝫ cõtumeliosuꝫ qꝺ est verũ an possit agi iniuriarũ. Et dicit Pe. de anch. in cõsil. suo. cccxxvij. ꝙ siue qs dicat ṽbũ iniuriosum ꝙ est verũ in iudiciũ siue extra iudiciũ nõ tenet iniuriarũ. ꝛ vide Pe. de ancha. in ꝯsi. cccxxxj. qui ponit ppe qñ fit: ꝛ dicat fieri iniuria alicui. † Et an ille q per viã exceptiõis in iudicio dicit alicui ṽba iniuriosa possit agi iniuriarũ ꝯ illũ q postea nõ pbauit: et dicit ꝙ sic. Et vide Ange. in cõsi. ccxlvij. qui ponit de eo q accusauit notariũ de falso ꝛ nõ pbauit an possit agi iniuriaruꝫ ibi multa allegat. de oibus istis vide late per Oldra. in cõsil. suo. dnqgesimo. ꝛ in ꝯsi. suo. ccc. per doc. in. l. si non cõuicũ. C. de iniur. per Bar. in. l. cũ qui. ff. de iniur. p Bald. in. l. apud labeonez. §. si qs libellos. ff. de iniu. qñ aũt ṽba

denotãt plures iniurias vel vnã ego infra dicam in hac eadem glossa.

4 Statuto stante q de maleficio cõmisso de nocte sit pena dupli:an p verbo iniurioso dicto de nocte sit pena duplicanda.

5 **Ange.** †Quid autē si statuto caueatur q d maleficiũ cõmissis de nocte sit pena dupli an si dicatur maledictũ vel verbũ iniuriosum de nocte sit pena duplicanda. Barto. in l.aut facta.in prin.ff.de pen. dicit q nõ qz dictũ statutũ est odiosum & maledictum pprie non est maleficiũ igitur dicto statuto nõ comprehenditur: qd tamen intellige vt dicam infra ea.glo.versicu.quid si statuto dicatur &c.

Aug. Tu add qd dubito q ista doctrina bar. & Ange. sit falsa:qz Bal.in.l.ignorantiam. C.de crimine stellio.videt ipse aliter loqui. Et lz per verbuz forte loquatur:tñ eius ipugnatio mihi placet. Preterea ꝯ Bar. ꝯ directo est glo.insti.de ob.que ex quasi delic.in verbo sed nõ vi.vbi glo.vult q maleficiũ nõ tñ cõmittat re:sed etiam verbo:ad idē gl.i.l.ex maleficijs.in fi.pn. ff.de act.& ob li. Et de directo est tex.ꝯ Bar.vbi maleficiũ dr etiã si verbo cõmittat:in aut.vt nõ luxurient ꝯtra naturã in trib9 locis. Ad idē text.in.l.sed si vn9.§.quedã.ff.de iniur. nisi dicam9 q ista nõ obstãt:qz habēt locũ q improprie cõprehēdantur sub vocabulo maleficiũ:secus pprie:& ita de mente Bar. in.d.l.aut facta. sed doctrina Bald.in d.l.ignorãtiam.alio modo est fundata: vide ibi euz. Et adde qd reperio q opinionem Bal.cõtra Bart.tenet Do.Castal.in materia sindicatus.q.xxxvj.

6 Statuto dicēte q p quolibet verbo iniurioso puniat pena.x.q cognoscemus quot verba iniuriosa sint.si aliqs vtit verbis iniuriosis cõtra aliquem.

6 **Ange.** †Et bene aduertas in casu nro q verba iniuriosa dicãtur si statutũ dicit q p quolibet verbo iniurioso puniatur pena.x.qz hic dixit traditore falsario tu mai adulterato la mia dona tu nõ poi scãpare &c. Credo q sint tria verba iniu:qz sunt due orõnes separate traditore falsario sunt duo verba cõtumeliosa & illd verbũ fictioso qualificat igitur nõ facit nouũ verbũ tu me hai adulterato est aliud & illud qd seqtur nõ tu poi scãpare nõ ē verbũ iniuriosum sed minatoriũ:ita dicit ibi Barto. vnde si de penis minatorijs esset alia pena pro istis minatorijs teneretur.

Aug. Tu aũt adde qd iste doctor voluit allegare Barto. in.l.itē apud labeonē.in.§.sed q adducitur.ff.de iniur.vbi ponit istã materiam de statuto puniēte quodlibet verbũ iniuriosum qũo cognoscam9:an sit vnũ verbũ iniuriosum vel plura. Ex cuius doctrina potes etiã pdicta limitare. Et vide Alb.de ro.in.q.statutorũ. in.ij.pte q.xxxix.incip.viij.q.est qd si qs vno impetu dixit alicui multa verba iniuriosa:& ibi p rõnes bonas multũ ꝯcludēt manifeste pbat qd sit vna iniuria ille qui vno impetu dixit plura verba iniuriosa:ita dixit qd Dy.dicebat qd pluries cõsuluit & obtinuit & istã partez p rõnes & leges Dy. Credo plus q verisimilem & adde doctrinã Bar.in.l.nunq plura.in fi.ff.de priuatis delic.

7 Statuto dicēte si aliqs diffamauerit aliũ de aliq maleficio punit in tãta pena quando dicatur quis diffamare.

7 **Ang.** †Quid autē si statutũ dicat si aliquis diffamauerit aliũ de aliq maleficio puniat in tanta pena:qñ dicatur diffamare.dic qd dicitur diffamare de maleficio:qñ pnuntiat aliqd verbũ qd verbũ alteri9 infamiam importat in spē:vt dicendo q tale maleficiũ cõmisit vel similia:ita dicit Barto.& alij doc.in.l.turpia.in prin. ff.de lega.j. Quero qñ dicatur diffamari de maleficio:dic q non sufficit q in gñe dicat ipsum esse impiũ & pessimũ:sed reqrit q descēdat ad speciez vez q homicidiũ cõmisit vel tele furtũ lz nõ ponat ea q habent in.l.libellorũ. ff.de accu.ita dicit Barto.& alij in.d.l. turpia. Imola aũt dicit q cũ statutum sit stricti iuris q nõ dicitur diffamasse nisi apd bonos & graues pter hoc sit infamat9:sec9 si debenti nõ crederet qz pp hoc nõ est diffamat9:vide p eum.

Augu. Tu autẽ in hac materia adde qđ mihi videt opi. Bart. verior z falsa opi. Jmo. p tex. i. l. itẽ apud labconẽ. §. si quis libello. ff. de iniu. vbi dr q̄ q̄s videt diffamare aliquẽ p libellũ diffamatoriũ cum pducit a libellũ cõtra ipm nec requirit q̄ apud bonos z graues sit diffamat⁹: z in dubio p̄sumit qđ aio iniuriandi hoc fecerit: vt dicit ibi Ang. z doc. qz in hoc cõsideratur anim⁹ z nõ finis z opi. Bar. videt approbare Bald. in. l. diffamari. C. de ige. z manu. Et p hac opiniõe ẽ bonus tex. i cle. j. in ṽ. diffamat ecclia iuxta prima expositiõe gl. de of. ord. z facit iõ tex. i. c. cũ in iuuẽtute. cẽ de purg. canonica dũ tex. dicit q̄ dictũ facile sequit multitudo. itẽ sicut famosus seu diffamatori⁹ libell⁹ dr ille q cõtinet illud qđ significat infamiã alteri⁹ nõ habita distinctiõe an illđ trasiuerit i opi. bonoz z grauiũ vel nõ: vt. l. j. C. de famo. libel. cũ si. Jta dz dici diffamator q̄ talia quõlibet pfert z lz p opi. Jmo. videat tex. in. c. qliter et qñ. cẽ de accu. vbi tex. vr velle q̄ ille diffamat⁹ sit apđ bonos z graues. Et ad idẽ est tex. in. l. ea q̄. C. qb⁹ ex cau. infa. irrogat. z in. c. pe. cẽ de pur. cano. tñ iura illa non ob. qz ibi agit de sumẽdo iuditio ad pcedẽdũ ꝯ diffamatũ cri. Nã requirit q̄ talis diffamatio laboret apud graues z nõ suspectos vt est bon⁹ tex. in. l. itez apud. §. ex his apparet. ff. de iniur.

8 ☞ Minatoria verba prolata: an inducant iustũ metũ accedendi ad pretorẽ vt sibi caueat.

8 **Ang.** ¶ † Quid si verba minatoria ptulerit an inducãt iustũ metũ q̄ possit accedere ad p̄torem vt sibi caueat iuxta. l. denuntiam⁹. C. de his q̄ ad ecc. cõfu. Et ibi vide doc. qb⁹ casibus q̄s possit iplorare officiũ iudicis vt sibi caueat: vt. l. illicitas. §. ne potẽtiores. z ibi Guil. z Bar. ff. de off. p̄si. Et tũc est aduertẽdũ q̄ persona z cui⁹ qualitatis sit ille q̄ minat vt no. glo. z doc. in. l. metus. C. qđ me. cã. z in. l. j. C. si q̄s imp. maledi. z hr ibi p Barto. in. l. famosi. ff. ad. l. iul. ma. glo. z ibi Bar. in l. metu. cã. ff. ex q̄. cau. maio. vez an solitus sit mittere suas minas executiõi necne: facit qđ no. Bar. in si. in. l. de pupillo. §. si q̄s ipsi p̄tori. ff. de ope. no. nun.

Ang. Tu aũt[a] in hac materia adde no. in. l. interpositas. C. de trãsac. sed aduerte qz ille decisiones allegate p. d. Ange. hic nõ pbãt id de quo i qõne pncipali sz in terminis. q. nostre. vide olno Bar. i. l. hec aũt satisda. ff. si cui plusq̃. p. l. fal. et iõ dicũt ibi doc. z maxie Jmo. ibiq̄ ille tex. pbat q̄ nõ semp possit peti cautio de nõ offendẽdo ab illo q̄ minat⁹ est aliũ offẽdere: sz demũ qñ verisimiliter põt iuste timeri: õ quo p Guil. i. d. §. ne potẽtiores. z alle. Bar. in. l. q̄ bona. §. si q̄s iuxta. ff. de dã. inf. c. vbi notabiliter loquit an si q̄s prio pcussit pp q̄ timet ab illo offẽdi. an tũc possit petere ab illo cautionẽ de i. õ offẽdẽdo. z decidit q̄ sic si v̄isilr p̄t suspicari ð offẽsa q̄ singl̄arit tene mẽti: z ego ibi dixi late vltra doct. dic vt ibi ꝯcludo. Et subdit ẽt Jmo. in. l. hec aũt stipulatio. q̄ i casu qõis nr̃e etiã aleaduertẽdum ẽ an possit p̄sumi q̄ tũc v̄isilr ille mine sint habiture effectũ p q̄ allr l. j. C. si q̄s ipe. maledi.

9 ☞ Verbũ iniuriosum vel cõtumeliosuz dictũ cũ protestatione vtputa tu mẽtiris p gulã saluo honore tuo. an faciat sic dicentem teneri de verbo iniurioso.

a ¶ Tu autẽ. Adde vltra p̄dicta z vide Pe. de anch. in cõs. lj. Ber.

9 **Ang.** ¶ † Quid aũt si dixit ꝟbũ iniuriosum vel cõtumeliosuz cũ ꝑtestatiõe vt q2 dixit:tu mẽtiris per gulã saluo honore tuo:an teneat̃ d' ꝟbo iniurioso. Dy.l.i.§.si q̃s ex a tranee⁹.in pn.ff.de acq. here.p illũ tex.dicit q̃d sic:vt ibi quẽ seq̃t Bar. q̃ tñ dz intelligi verũ nisi faceret grã sui iur̃s. vel hono. ꝯseruãdi vez q2 ille ei aliq̃d pmo improperabat:q2 ẽt tũc de iure licitũ est dicere tu mẽtiris:vt.l.q̃ ola.z ibi Bar.ff.de pen.facit.l.q̃ cũ maior.§.si libert⁹.ff. de ope.libe.multo igit̃ fortius licitũ est dicere alicui improperanti cũ ꝑtestatione:tu mẽtiris saluo honore tuo.

a ¶ Iniuriosuz. Add circa hoc Are.in cõsi. xxxiiij.

Aug. Tu aũt in hac materia adde Alb.de rosa.in ij.parte statutoꝝ.q.xlj. q̃ incipit:sz q̃d si q̃s dixerit tu mentiris saluo honore tuo:vbi ꝯcludit q̃ tenet̃ iniuriarũ p.d.l. si q̃s extraneus.z dicit q̃ ibi d' hoc dixit. Ergo si esset verũ q̃ mẽtiret̃. tũc licitũ eẽt dicere illa ꝟba:p.l.q̃ oia.ff.d' pen. z ibi dixit. ¶ Adde etiã in hac materia q̃ in ꝓprijs terminis dicũt canoniste marie.d.Ant.z do.Abb.in.c.cum te.ext̃ de etate z qualitate.et Bart.in.l.itẽ apud.§.si q̃d adducit̃.ff.de iniur. Bal.z Ang.in.l.fi.post Gui.d' cu.ff.q̃ d'sq̃s iur. Et vide doc.in.d.l.que ola.ff.de procu.

b ¶ Bar.cõsuluisse. Adde q̃ dictuz Bar.seq̃tur Ale.in ꝯsi. lxij.Lliij.vo.

b ¶ Prouocat⁹ aliquo dicto vel facto iniurioso ad iram si tali ira durãte aliq̃d iniuriosum dixerit cõtra prouocantẽ nõ tenebit̃ iniuriaruz.

10 **Ange.** ¶ † Quid si aliquo dicto vel facto tuo iniurioso ego fui ꝓuocat⁹ ad irã z ꝓpter irã iã mihi a te cõmotã z durãte dicta ira aliq̃d iniuriosum[a] dixero tibi nõ teneor iniuriarũ.facit tex.in.l.q̃ cũ maior.§.accusasse.ff.de bo.lib.vbi dicit̃ q̃d prouocatus licite põt se vlcisci:facit tex.in.l.j. §.si cũ arietes.ff.si quadru.pauperi.fe. dica.ita dicit Specu.in ti.de accu.§.j. ver.qñd si vocauit latronẽ prope finẽ q̃d not.in practica quia est vtile scire.

Augu. Adde istã doctri.Spe.eẽ verã p ea q̃ habent̃ i.l.j. C.vñ vi p gl.z p Bal.ibi i repe.q2 licita est defẽsio si cũ armis est offensio dz eẽ cũ armis defẽsio si sine armis est offensio:z defensio sine armis:qñimo dixit Ange.per illũ text.in.l.si adulteriũ cũ incestu.§.iperatores.ff.de adul.q̃ si cũ ꝟbis iniuriosis ꝓuocasti me:z ego nõ cũ alijs ꝟbis iniuriosis offendi te sz cũ gladio q̃d fortius est:debeo subuenire. ¶ Adde tñ q̃ Bar.in illo cõsi.suo.ciij. d' q̃ si cõstabat q̃ ꝟba hincinde erant iniuriosa:adeo q̃ dicẽdũ est q̃ vn⁹ fuit prouocat⁹ teneat̃ nihilomin⁹ Bar.nõ videt̃ approbare ꝑdicta:nisi dicam⁹ q̃ nõ apparebat ibi q̃s fuerit prouocat⁹.

11 ☞ Statuto cauet̃ q̃ p maleficijs cõmissis in palatio potestatis pena duplicat̃:pone q̃ in palatio q̃s blasfemauit deũ an pena duplicetur.

11 **Ange.** ¶ Quid si statuto dicat̃ q̃ p maleficijs factis i palatio ptãtis pena duplicet̃. Pone q̃ in palatio q̃s blasfemauit deũ:an pẽa duplicet̃ Bald.in.l.fin.C.vi bo.rap.refert Bar.[b] ꝯsuluisse q̃ nõ:q2 hoc fuit dcm̃ z nõ factũ:vt.s.dixi in ꝟ.q̃d aũt si statuto cauet̃ zc.z statuti verba sunt stricte accipiẽda:sed Bal.ibi d' q̃ forte nõ bñ dixit:per.l.atrocẽ.C.de iniur.nã statutũ duplicat atrocitatem delicti z in casu nr̃o resultat maior atrocitas ꝑ locũ ꝗ̃ ꝑ locũ pena statuti:cogita. Sz p bal. allega gl.isti.de obli.q̃ ex qua.deli.na. in pn.z q̃d ibi scripsi z istũ credo verũ.

Augu. Tu autẽ in hac materia add. qd. d. Ang. hic nõ dñ 13 loquit lz pessime qz nõ est verũ q Bal. l.l.ff.C.vi bo rap. reprehendat Bar. qz Bal. in. d. l. ff. nec allegat Bar. nec facit aliquã mẽtionẽ de ista q. quã tetigit h d. Ang. Sz allego bal. in. l. ignorãtiã. C. d ertr. ficellio. q reprehẽdit bar. z facit mẽtionẽ de. q. nra: reliquit tñ sub dubio z dt cogitãdũ esse d sua reprehẽsiõe quã facit ꝯ Bar. z lz Bal. l. d. l. ignorãtiã. z. d. Ang. hic nõ allegẽt Bar. i aliquo loco dic qd nõ dubito qd voluerũt allegare Bar. l. l. aut facta. in pn. ff. de pe. Quicqd sit p opiniõe Bart. vr tex. in. l. sed si vni⁹. §. quedã. ff. de iniur. vbi p bat qd maleficiũ nõ tñ cõmittit re sz vbo. Et idẽ tex. cũ gl. i. l. ex maleficio de. in ff. prin. ff. de act. z ob. z hic potes allegare oia a q dixi in add. n. d. in hac eadẽ gl. ver. qd aũt. si statuto cavet qd d maleficiis cõmissis d nocte. d. Catal. i mã sindicat⁹ q. xxxiii. lz opinionẽ Bald. ꝯ Bar. s. qd blasphemans incidit in penã statuti.

12 ☞ Blassemãs an dicat dicere vbũ iniuriosũ ita q d vbo iniurioso possit puniri.

12 **Ange.** ¶ † Quid ãt si nõ dixit vba ꝯtumeliosa vl iniuriosa sz blasphemavit an dicat ptulisse vbũ iniuriosum ita qd de vbo iniurioso possit puniri bar. l. l. itẽ apd labeonem. §. sz qd addicit. in fin. ff. de iniu. dicit q sic qz dt cõtra bonos mores civitatis. Itẽ p illũ tex. q dicit ad infamiã vl alicui⁹ iniuriã zc. nã in eo qd dicit ad infamiã loquit de eo q dicit malũ de presenti vel pterito: sed in eo qd dicit ad iniuriã loqt in eo qd optat maleficiũ de futuro pp ter iniuriã quam ei gerit.

Augu. Tu autẽ in hac materia adde qz cuz regulariter oia delicta nõ sunt nisi cũ iniuria alterius vt colligit ex. l. i. z. ii. ff. de pu. iud. z blasphemari sit delictuz. vt in aut. vt nõ luxurient cõtra naturã i trib⁹ locis illi⁹ autẽtice: sequit qd ille q blasphemavit dicat dixisse verbũ iniuriosum z dicã ẽt infra in hac eadẽ glo. in proxima q. vbi autor iste hic videt limitare pdicta z vide Abb. i. c. j. de maledicis.

13 ☞ Blasphemare et maledicere an differant.

13 **Ang.** ¶ † Quero an iter blasphemare z maledicere sit dña. Rñdet Bar. l. d. §. sz qd addicit. in pe. q. q put ista verba referũtur ad deũ z sanctos ei⁹ oẽ maledictum est blasphemia vt notat de maledi. c. j. z in passiõe vbi dicit audiuistis blassemiã zc. Et d hoc ẽt vid Ang. z Imo. in. l. his vbis. §. j. ff. de here. insti. Sz put vba referunt i casu maledicere ẽ dicere aliqd malũ d pterito vel pñti. blassemare[a] est optare malã de futuro vt ibi dicit. iste est cõis vsus loquẽdi: q dz attẽdi: vt. l. librorũ. §. qd tñ cassius. ff. de leg. iii. z sz Bar. apparet q illd qd dixi supra. in verbo pcedẽti: q blasphemare est dicere vbũ iniuriosum pcedit de iure sed non hz locũ in statutis ex qb⁹ verba iniuriosa puniunt vl ꝯtumeliosa nomina pena q statuta dñt intelligi vbis pprijs: sed blasphamare nõ ẽ pprie dicere vba iniuriosa vl ꝯtumeliosa vt dixi. igit.

Aug. Tu autẽ in hac materia add qd etiã vr q oẽ maledictũ ẽt i aliũ q i deũ sit blasphemia. ita videt velle bar. i. l. j. in pn. C. si qs in. ma. di. vbi Bal. ex illo tex. hoc no. lz postea hoc arguat q ad deũ: p q ꝯclusiõe ꝯ istam opi. Bar. alle. casuz i. c. si igit michael. xxiii. q. iii. vbi pbat q maledicere ẽ ẽt blasphemare lz hec vba

a ¶ Blasseмare. Add tu an ille q dt nõ lo poteria fare dio: dicatur blasphemare: z quid si statim se corrigit et dic vt p Alexã. in ꝯsi. xv. in iii. volu. z p d. meũ Soz. i ꝯsi. cũ. p totũ vbi de iudeo q dixerat et nõ poteria: fare dio cõ io te lavesse cambiato z an blassemans vno cõtextu plures blassemias dẽat puniri pro plurib⁹ vide Cepo. in cõs. lxxviii.

referat ad diabolū p cōi th opi.vt̄ tex. in.c.fi.in ℣.blaſſemare iūcta ru.in.c.j. ex de maledicis In quo th dico ſeruari dz cōis vſus loquēdi:de olb⁹ iſtis la te vltra oēs multū eleganter poſuit.d. Catal.in tract.findi.in.q.clij.z.cliij.

14 ☞ Pena que ſit cōtra blaſſemantes deum z ſanctos.

15 Statuto dicente q blaſſemās deū aut virginē Mariā aut ſanctos puniat in c.qūo punictur blaſſemans ſemel bis aut ter z qūo blaſſemās ex cōſuetudīe.

14 **Ange.** ¶ † Quero q̄ erit pena ꝯ iſtos ſacrilegos blaſſemātes deū z sctōs.dic qd ſicut illi q̄ iurāt p humanitatem Chriſti:vt per caput:pedes:manus:zc.eſt pena capitalis tanꝙ nomē dei ſumpſerint in vanū vt in auť.vt nō luxurienť cōtra naturā p totū:multo magis dz eſſe pena capitalis blaſſemare deū z sctōs eius cuz optet malū eis:vt dicit tex.ibi vcz multomagis q̄ ipm blaſſemat zc.z ibi z vltimis ſubire ſuppliciūs zc.

Augu. Tu aūt i hac materia ad de qd iſte doctor min⁹ pfecte eſt locut⁹ i iſto paſſu z periculoſe decidit iſtā.q.z lz inimicus ſim blaſſematorū dei z virginis Marie z alioꝝ: sctōꝝ:tn̄ ſcribam in iſto paſſu aliter ꝙ ſcripſerit iſte doctor hic z veritatē ſcribā:z ꝙtūcūꝙ tex.in auť.vt nō luxurienť ꝯ naturā ꝓprie loquať in iurāte:th ſcias q vere iſta iuramēta in deū ſunt blaſſemia:vt eſt tex.i.c.ſi qs p capillos. in pn.xxij.q.j.z Bal.hoc dicit l.l.ij.l fi. ff.de reb⁹ creditis:z ſatis hoc apte dicit ille tex.in auť.vt nō luxurienť cōtra naturā.Sz aduerte qr imo vr̄ q non ſit ampli⁹ pēa capitalis blaſſemare deū. Sz adinuēta eſt alia pena iur.p text.in c.fi.eꝫ d clerico maled.vbi expſſe dr q ille q̄ blaſſemat deū z virginē Mariā z alios sctōs dz ieiunare in pane z aqua publice cū corrigia in collo z dz adire eccl̄ias.z iterdiciť ſibi ſepultura z multa de qb⁹ ibi.Sz rñde q illa ē pena adinuēta de iure ca.z eſt pena ſpūalis vt dicūt Jo.de bel.z Bar.l.d.auť.vt nō luxurienť ꝯ nām.Et iō dixit gl.i.d.c.fi.de iure ci.ille q̄ blaſſemat deū z sctōs vltimo ſupplicio dānāť p tex.l.d.auť.vt nō luxurienť ꝯ naturā.Et idē repio gl. Jo.dixiſſe i.c.ſi qs p capillos.xxij.q.j.q̄ ēt dicit q de iure ci.blaſſemās dz decapitari:p tex.illi⁹ auť.vt nō luxurienť zc.Sed aduertatis vos z teneatis mēti q Pe.z Cy.voluerūt q ille tex.in auť.vt nō luxurienť procedat in blaſſemāte deū ex ꝯſuetudine z in ꝯtēptū:ita ſingľariter dixit Bal.in.l.ij.C.ad.l.iul. maie.z Bald.in.l.ij.C.de reb⁹ cre.in fi. Uñ pfati.doct.voluerūt q ſi ſemel vn⁹ blaſſemauit nō dz decapitari ſz op⁹ eēt q ex cōſuetudīe ħ faceret q̄nimo mirabili⁹ dixit Bal.i.d.l.ij.C.d re.cre.qd de cōſuetudine nō obſeruať hodie pena illi⁹ auť.vt nō luxurienť zc. ¶ Itē per ſtatuta ēt ꝓuiſum eſt q̄ ola ſingulľr no. circa diſpoſitionē illi⁹ auť.vt nō luxurienť ꝯ naturā.Et iō dixit Cy.l.l.ij.C.d 15 reb⁹ cre.†qd ſi qs blaſſemat deuz bis ꝓpť hoc nō hēbit locū tex.vt nō luxurienť ꝯ naturā dicvt ibi p eū.z hec ola no.Ex deciſiōe th Cyñ.ibi colligo q ſi ſtatuto caneť qd blaſſemās deum aut virginē Mariā aut sctōs:puniať in cētum intelligiť in eo q̄ ſemel bis vel ter blaſſemauit deū ſed ſi ex cōſuetudine hac faceret forte decapitareť.Pōdera bñ verba Cy.ibi z vltra oēs latiſſime vide illā materiā per.d.Catal.in tract. findi.q.cliij.z.cliij.

16 ☞ Exceptio turpis nō apponať actori agēti ex cauſa ciuili:an eius poterit conuentri iniuriarum.

16 **Ange.** ¶ † Quid ſi turpis exceptio ſit oppoſita i actorē q̄ ex aliqua cauſa ciuili egit an re⁹ poſſit cōueniri iniuriarū z Jo.an.in addi. Spe.in ti.de accu.in fi.dicit:aut excipit alo nocēdi z diffamādi z hoc ꝯſtat z teneť iniuriaꝝ.ar.l.ſi ℣o p ꝯdēnato. §.j.cū ibi no.p Bart.z doc.ff.q̄ ſatiſda. cog.z facit.l.iij.C.de iniu.z.l.ſi tibi.ff. de libe.cauſa aut excipit nō calūnioſe nec alo nocendi nec diffamandi:z tunc aut ꝓbauit ſuā exceptionē z nō teneť alias ſecus:vt.l.ij.C.de calūnia.qr non ꝓbādo preſumiť qd animo diffamandi dixerit ita etiā dicit Sali.in.l.ſi non cōuicij.in fin.C.de iniur.quod bene not.

Augu. Tu aût i hac materia: ad de qd ista sula vt falsa: p ea q̄ tradit Sal. p illū ter. l. l. de tutela C. & in inte. re. q̄ dixit qd si vm testi. de ponēti ꝯ me dico tu dicis falsum ⁊ sic excipio q̄ nihilomin⁹ nō pōt agere in iniuriarum. et vide ipsum allegantem ... certe vt tenere ... l. d. l. ... Sz certe pl⁹ mihi ... doctri. Jo. an. i loco. ... ⁊ adde ... circa fi. j. addi. q̄ incipit Tu āt i hac mā adde q̄ Ang. l. d. l. fi non conuicū.

17 Condēnatus de iniuria dummodo non sit leuissima an infamet.

17 **Ange.** † Quid si v̄ba iniuriosa vt cōtumeliosa vt aliā iniuriā etiā r̄balē qs intulerit ⁊ de tali iniuria. dūmō nō sit leuissima fuerit ꝯdēnat⁹ an sit infamis dic q̄ sic[a] vt est ter. gl. ⁊ doct. l. c. cū te. e. de re iudi. Un̄ qn̄ aliqs actiōe iniuriaꝝ ꝯuenit cautela est q̄ p eū. cōpareat qz p curatore dānato nec ip̄e nec dn̄s erit infamis: vt. l. fur ti. §. q alieno. ff. d infa. vt soluat vt absoluat: vt no. Bar. l. l. ifamē. ff. d pub. iudi.

Augu. Tu aūt i hac materia adde qd Bal. ⁊ Sal. in. l. d curiōes. C. qui b⁹ ex causis infa. irrogatur vt tenere q̄ actio iniuriarū nō infamat nisi iniuria sit atrox ⁊ ita Ang. i. l. infamē. ff. de pub. iudi. lz ⁊ dicit q̄ oēs doct. ita tenēt lz Jmo. ibi cū alr recitet Spe. etiā in ti. de resti. in inte. §. videndū. in fi. videt tenere id qd lz gl. in. d. c. cū te. ex d snia ⁊ re iudi. vt si iniuria est modica nō ifamat alr sec⁹: et ibi Abb. multū pōderat illā glo. ⁊ Jmo. ibi allegat ad hoc Specu. in loco. d. allegato. Sed cōtrariā partem q̄ etiaz si est modica qd infamet tenet Bart. ⁊ Jmol. in d. l. infamem. et Jnno. Joā. an. et Jmol. ⁊. d. Anto. de but. in. d. c. cum te.

18 Iniuria verbalis vel realis ⁊ quādo dicatur atrocior.

18 **Ang.** † Et iniuria v̄balis vt realis dr atrocior respectu p̄ferētis ⁊ respectu illi⁹ cui dr vt si ē doctor vt respectu loci et tpis qn̄ dr vt si fieret in imperatoris ꝯspectu: vt insti. de iniur. §. atrox. Et qualiter de iniuri formet libell⁹[b] no. gl. ⁊ Bar. l. i. iniuriarū. ff. de i iu. ⁊ ego dixi. d. l gl. i v̄bo necnō ad q̄relā. i fi.

Aug. Tu add q̄ ibi dixi in d. gl. necnon ad q̄relā.

1 Fornicatio p̄ducit ex se oia fere delicta.

2 Marito habenti aliquē suspectū de adulterio cū vxore sua qn̄ liceat eū interficere.

3 Marit⁹ qui inuenit eū quem habet suspectū d adulterio cū sua vxore ⁊ cui fec tres d̄nūtiatiōes in scriptis loqnētē cū ea ex domū suā vt alienā qd facere d̄beat.

4 Marito an indistincte liceat i casu aut. si qs et C. de adu. iterficere quē libet adulteꝝ ēt nobilē

5 Marito nō lz iterficere adulteꝝ vilē reptū cū vxore. si ip̄e etiā ē vilis.

6 Marito nō lz neq̄ p̄ri occidere adulterū virū reptū cū vxore: si vxor ēēt ignominiosa vt ducta contra legem.

7 Marit⁹ vel pater lz occidere adulterā dep̄rehēsos in actu veneris tamen peccant.

Che me hai adulterato la mia dōa.

1 Hic v̄n cadit mā adulterij lēsi⁹ ⁊ lenocinij. † Et ex fornicatiōe oia fere delicta p̄ficiscūt vt no. Salic. in rubr. C. de adulte. hinc est q̄ p p̄ter criminis enormitatem nō licet de adulterio transigere:[c] vt lege transigere. ⁊ quod ibi not. C. de

a Qd sic: Add ro. ꝯsi. ccvij.

b Libell⁹. add Ang. i ꝯsi. cxlv. et Ale. i ꝯ. ccix. in. ij. volum.

c Transigere. Add ⁊ intellige q̄ nō lz trāsigere vt ip̄ediatur p cessus lz bn̄ p̄t haberi pax vt remittat rā cor inf maritū ⁊ adulteꝝ ita ꝯsuluit bar. i ꝯ. clxxv. et qd sit adulteriū vid Ale. in ꝯsi. lxū. in iij. vol. ⁊ an iudex dn̄s rēcū xp̄iana dicat ꝯmittere adulteriū ⁊ quā penaz mereat vide Old. in ꝯ. vl. ⁊ qn̄ cōmittat adulteriū et an dn̄s rē cū p p̄ria sclaua dicat ꝯmittere adulteriū. in cōsil. cxlviij. co. j. e. ij.

10 dila.ibi l fi. ¶ †Ultio ex iſto caſu colligc φ ſi aliqs eſt ꝯfeſſus maleficiū ⁊ petit nō obſtāte ꝯfeſſione terminū ad ſe defendēdū quez iudex denegat qꝛ maleficiū eſt notoriū qd iudex ſtatim pōt ꝓcedere ad ꝯdēnationē ⁊ executionē ꝑ q̄ interloquat dilationē nō dādā tanq̄ petitā ꝑ caſū.Utile eſt ergo i talib⁹ interloqꝫ ⁊ allegat etiā no.ꝑ Inn.in.c.ad petitionē.ex de accu.Sali.ꝗ in.d.l.ij.et ſequētes nō recte loquunt niſi ſaluando dicam⁹ φ doctri.Bar.i.d.l.cognitorū.ꝓcedit qn̄ ꝯſtabat alr de delicto q̄ ꝑ ꝯfeſſionē.Et idō in hoc repꝛhēdo magis ludo.Ro.q̄ aliū doc.q̄ oim reꝝ ſingulariū ꝓfeſſus eſt habere memoriā q̄ Ro.ignorauit illā ſingularē doctrinam Bal.in.d.l.s ꝓcedente.dū ipſe Ro.late poſuit iſtā materiā in Rubꝛ.de arbi.in v.car.⁊ marie illū arti.an hmōi defen-

11 ſionibus poſſit renūtiari.†q̄ dixit qd ſi qs eſt inuentus in flagranti crie talis pōt renūtiare defenſionib⁹ ſuis qꝛ pōt de facto puniri:allegat Bal.in.l.vt vim

12 ff.de iuſti.⁊ iure. ¶ Itē hoc fallit ēt in publico ⁊ famoſo latrone.allegat Bal.

13 in.l.prouinciarū.C.de ſeruis . ¶ †Aliā ⁊ tertiā limitationē ibi tradit ⁊ multa ibi allegat q̄ parū eſſet hic trāſcribere: ⁊ facit mentionē de doctrina Bal.in.l. §.C.q̄ accu.Et qūo in hoc paſſu ē altercatio inter Bar.i.l.d.cuſtodias.⁊ Bal. in.l.in pecuniarijs. ff.de ſeruis. Tene tamē mēti pulchꝛa verba q̄ poſuit Ange.in.l.ſed ſi qs.§.queſitū.ff.ſi qs cau.

14 q̄ dicit† φ defenſionib⁹ de pſenti cōpetētib⁹ qs nō pōt renūtiare generaliter in iudicio:habet em̄ notitiā cauſarum vñ imputet ſibi aut.iubemus.C.de iudi.Et ſubdit φ hac practica hodie vtūtur aſſeſſores cū faciūt dānādos renūtiare termino adiūcta cā φ nullā defēſionē hñt.Clamat em̄ Ang.ibe ꝯtra tales ⁊ marie exclamat dicēs φ caueant ipſi aſſeſſores ne.ꝰ.ſe ⁊ filios eoꝝ cōuertant ſi inique fecerint ꝑ tex.in aut. in corpore iuſiurādū.Adde no.i.l.i.ict⁹ fuſtiū.ff.de his q̄ not.infa. ¶ Adde in hac mā dicta Bald.in.l.raptores.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ Bal.in aut.habita.C.ne filius pro patre.Bald.in.l.fi.C.de ſeruis. Bal.in.l.ſi accuſatoribus.ff.de accuſa. Bal. Ang.⁊ Sali.in aut.iubem⁹.C.de iud.ꝑ Ang.i.l.§.ff.de furi.⁊ balnearijs ꝑ Ro.i.l.alia.§.elegāter. ff.ſo.ma.ꝑ do. abb.i.c.fi.de pac.i.j.col.bar.i.c.j.i.j.col.

ex̄ de iudi. Bar.in.l.stich⁹.ff.de pe.leg. Bal.l.c.cū nō ab hoie.l fi.ff.de iud. Jo. an.pe.đ anc.do.de sū.ge.l.c.cū. C.laic⁹ ex̄ de fo.ↄpe.l.vj. Bar.l.l.q̄ vlt.i fi.ff.de pe. Et certe vltra oēs locut⁹ ē Ang.est in hac materia in.l.tale pcm̄.§.q̄ p uas cauit.ff.de pact.in repe.sua in.xij.colū. ibi eū oīno vide. Si vis habere veritatē isti⁹ passus: vide que dixit Ro.in singularib⁹ suis.ccccxcij.āni qđ icipit lz iudex pcedere non possit.† vbi dixit ꝙ iudex vt sedet tumultū ppli pōt pēdēte dilatiōe facere executionē coporalē vide doct.in.l.si filio exheredato.ff.de iniusto testamēto: maxīe Ange.⁊ dixit d. Cata.l.q.cxcvij.i materia sindicatus.

1 Confessus in parte vel in toto an possit suam cōfessionem reuocare.

2 Confessio in criminalibus perseuerata an reuocari possit.

3 Confessio iurata an reuocari possit.

Die.xv.Decembris.

COmparēt dicti inquisiti ⁊ quilibet eoꝝ in termino defensiōis ⁊ p eorū defensione pduxerūt instrumētū pacis ⁊ alia qđ est in filza et infrascriptos testes ⁊c. Sunt tria aduertenda. nā aut reus primo confessus fuit oia aut negat oia: aut ꝑrim negat: ⁊ ꝑtim confessus est vt.s̄.dictū est in tribus glo.† qñ cōfessus fuit in partem vel in totū tūc i termino defensorio pōt cōfessionē suam reuocare vt erroneā[a] in prima instantia ⁊ si eā in prima instātia non reuocauit pōt eā in cā appellatiōis reuocare ⁊ causam reuocatiōis exprimere vt no.glo. Bar.⁊ Ange.l.l.creditor.§.j.ff.đ app.⁊ ibi Ange. no. Bart.in.l.ij.C.quorū app.nō recipi. ⁊ no. Bal.in.l.in minorib⁹.C.de his q̄. vt indi.sz Nic.mata.⁊ bal.in.l.fi.C.de pba.dicūt ꝙ talis reuocatio ↄfessiōis n̄ pōt apud acta fieri vt psit reuocatio si adsint alia indicia idubitata q̄ iuncta cū cōfessiōe faciūt fidē iudici: nisi reuocans pbaret ↄtrariū p alia indicia ↄtria ꝙ vꝫ esse notandū: sz Sali.ibi hoc exemplū nō plz p̄supposito ꝙ alia indicia p se nō essent sufficiētia ad cōdēnationē. Nō est qꝛ frustra essent leges que reuocationē pmittūt sine alicui⁹ cāe pbatiōe: dic vt ibi per Bal.⁊ Sali.⁊ sic video ꝙ Sali.tz indistincte qđ đ.dixi.vz oi casu pdesse reuocare suā ↄfessionē.⁊ ita vidi practicari sicut dicim⁹ i ciuili ꝙ i distincte pōt ↄfessio vt erronea reuocari.⁊ reuocabit̄ probādo rē se alr̄ hēre vt plene not. Bar.l.l.nō fatet̄.ff đ cōfes.⁊ i crīali ad silitudinē ciuiliū pcedit̄ vt.l. absentē.ff.đ pe. igit̄.⁊c.

Augu. Tu āt i hac materia. Addē ⁊ ↄsidera ꝙ Bal.i.d.l.fi.C.đ pba.expsse dī ꝙ lz ↄfessio indiciata nō possit reuocari tñ reuocat̄ pbādo ↄtriū.s.rē alr̄ se hēre ⁊ ita etiā refert eū ibi Sali. †2 Itē addē ⁊ limita nō pcedere in crīalib⁹ vbi cōfessio fuisset pseuerata qꝛ talꝫ ↄfessio n̄ pōt reuocari: ħ fuit singulare ꝟbū Spe.i tit.de ↄfes.§.fi.ꝟs.sz nunqd in crīalib⁹ ⁊ ipm seqt̄ ibi Jo. an.allegādo ꝙ Ja. Balduin⁹ ⁊ albert⁹ gal.idē volueēt ⁊ certe ista est mirabilis et noua decisio i ista mā ⁊ piculosa ⁊ corroborat̄ ista mirabilꝫ doct.p ea q̄ latissie dixi.l.l.j.ff đ.le.j.i addi. meis vbi posui māz q̄ꝫ tū pl⁹ pt act⁹ gemiat⁹ q̄ꝫ act⁹ siplex: ⁊ p ea q̄ tradit bar.l.l.cū scim⁹.C.đ agr.⁊ cēs.li.xj.q̄ dī ꝙ lz ↄfes.fcā p ꝟba enūc.n̄ p̄iudicet tñ si ē ꝟs.gemīata p̄iudicabit itē ↄfirmat̄

[a] Vt erroneā. Addē ⁊ vidē Ro.late exordiētē materiā in cōsil.cccxcj. Ale.đ imo.i ↄ.xc.⁊ i ↄs.cij.in.j.vol. ⁊ in ↄsi.cxx. in.iij.lib. et qūo cognoscat̄ ↄfessio erronea: vide Rap.cu. cōsi.xxvij.⁊ ↄsil.clx.⁊ an confessio in crīali possit reuocari vide Frāc.de are.cōsi.cxvij.⁊ qñ possit modificari cōfessio i crīali. vide Alex.in ↄsi. j.in.iij. vol. Mer.

per doctrinã Jo.an.in tit.de dona. inter virũ ꝛ vxo.in rub.q̃ voluit ꝙ cõtra ꝯfessionẽ geminatã nõ põt opponi exceptio nõ numerate dotis.Sꝫ ego au- 3 diui illustrẽ genitorẽ meũ tenere ꝯtriaꝫ partẽ:ꝛ in mediũ adducebat in indiuiduo doctrinam dñi Ant.de but.in.c.fi. extra de ꝯfes.in.xix.col.q̃ faciens mentionẽ de illa doctri.Spec.in.d.§.fi. ibi dñs Ant,de bu.dicit ꝙ ꝑ dicto Spec. est gl.in terminis in.c.ex literis.extra de diuor.ꝛ ꝙ ꝑ p̃dictã doctrinã datur ista regula ꝙ vbi ꝯfessio est deliberata qꝛ dat᷒ est termin᷒ ad respõdẽdũ ꝛ ad liberãdũ nũq̃ admittit᷑ reuocatio confessionis.sed dicit ibi do.Anto.ꝙ puta ꝙ in criminali admittat᷑ reuocatio nisi iurauerit plenã dicere veritatẽ circa inq̃sita:qꝛ nõ posset tũc tñ̃ ostẽdẽs se periurũ admitti ad reuocationẽ: ad 4 excusationẽ bene admitteret᷑: vt in.c. dilecti.extra de accus.dum tñ esset ta- 4 lis excusatio que in toto nõ perimeret cõfessionẽ quo ad factũ vt ibi notat᷑.et vbi deliberate q̃s ꝯfitet᷑ lꝫ difficili᷒ admittat᷑:admittit᷑ tñ sed cum maiori cognitione ꝛ ad hoc alle.Jo.an.in.c.cum in positionibus.de iureiuran.lib.vj.in nouel.Quinimo fortius ibi dixit dñs Anto.de bu.ꝙ forte posset dici ꝙ dato ꝙ iurauerit plenã dicere veritatẽ posset illã reuocare:qꝛ iurat plenã dicere veritateꝫ de eo qđ scit.si ergo ꝓbabili 5 errore facti deceptus sit in eo qđ cõfitetur ex hoc nõ est piur᷒ iurãs falsum. Nõ obst.d.c.dilecti. qꝛ dicit ibi ꝙ illa 5 nõ ꝓbabat errorẽ ꝓbabilẽ:ꝛ certe ista sunt mẽti tenẽda:qꝛ cõiter isti malefactores ꝯfitent᷑ dato primo sibi iuramẽto ꝑ officiales.ꝛ vide doc.maxime do. Ant.de but.ꝛ Abb.i.d.c.dilecti.an ista ꝯfessio iurata possit reuocari.Adde q̃ infra allegabo.Adde no.ꝑ Bald.in.l.j. C.de ꝯfes.in pe.col.q̃n isti malefactores reuocãt cõfessionẽ suã ne subiiciãtur tormẽtis q̃n corã alio iudice ꝯfessi sunt.Ego nõ dubito ꝙ semꝑ confessio põt reuocari ꝓbando ꝯtrium:loquor in criminalib᷒:qꝛ ad defensam semꝑ probatiões ꝛ q̃ncunqꝫ debẽt recepi ne innocens indebite puniat᷑ per.l.diui fratres.ff.de pen.etiã si sentẽtia esset lata. Intelligo predicta dũmodo calũniose ista nõ fiant per ea que not.Bald.in.l.ꝑcedẽte.C.de dila.†An aũt ꝯfessio iurata possit reuocari.Adde Rom.in.l.si vero.§.de viro.ff.sol.matr.in.xxj.fallẽ. ꝛ do.Anto.in.c.cũ dilect᷒.de succes.ab intest.in pe.col.ꝛ Bar.in.l.cũ q̃s decedens.§.cũ quis codicillis.ff.de leg.iij. Ange.in aut.de iureiu.a maiori p̃stito. circa fin.ꝛ Bal.in.l.cũ parẽ.§.fili᷒ matrẽ.ff.de leg.ij.Domi.de scto.Gemi.in c.fi.de iureiu.lib.vj.Imo.vltra oẽs ponit in repe.c.cũ ꝯtingat.de iureiurã.in xxxj.carta.Bald.in l.si creditoris.C.de fideius.ꝛ Bal.in rub.C.res inter alios acta.in vlti.colum.Bald.in.l.rationes. in.ij.colũ.C.de proba.Et Bald.in aut. quod obtinet.C.eodem.

☞ Instrumẽti pacis productio quando fieri valeat.

Ange. ¶†Itẽ põt ꝑducere instrumẽtũ pacis si statuto cauet ꝙ ꝓpter pacẽ minoret᷑ pena:siue sit habita pax ab offenso siue a patre fami.qñ filiusfami.est offensus q̃m de iniuria filiofa.illata pater ei᷒ põt facere pacẽ:vt no.Bar.in.l.i ꝑsonã.in prin. ff.de pac.ꝛ est tex.ꝛ ibi Bart.in.l.sed si vni᷒ us.§.fi.ius.ff.de iniur.

Augusti. ¶Adde quod infra dicam.

☞ Instrumenti pacis vulnerum tñ productio:an sibi ꝓsit:si ex dictis vulneribus mors fuerit secuta.

Ange. ¶†Quid auteꝫ si ꝑducit instrũm pacis ꝛ de vulneribus tñ.ꝛ tñ ex dictis vulnerib᷒ secuta ẽ mors:an sibi ꝓsit.Bar.in.d.l.dãni. §.sabini.ff.de dã.infec.dicit aut est remissa actio iniuriarũ:ꝛ nõ videt᷑ facta pax de morte:vt.l.si duo patroni.§.iul. ff.d̃ iniur.aut remisit iniuriã:ꝛ tũc aut vuln᷒ erat letale:ꝛ oĩa remissa vident᷑: vt.d.§.sabini.aut prima facie non erat letale ꝛ mors nõ videt᷑ remissa:vt.l.ita vulnerat᷒.ff.ad.l.aq̃l. Intellige tñ qñ vere mortale erat:alias si ex alia causa mors sequeret᷑ nõ teneret᷑:vt.l.q̃ occidit.in fi.ff.ad.l.aq̃.qꝛ tũc magis ex sua culpa q̃ ex vulnere dicit᷑ mortu᷒.vt.d.

litem vulneratus.ꝛ.l.idem iuris.et ad hoc singulariter vide Bal.in.c.j.in quibus modis feud.amit.

Augu. Adde tñ ꝙ inq̄tuꝫ supra dictū est qḋ pr̄ pōt remittere iniuriā factā filio. Limita duobus modis.primo dūmodo illa iniuria facta filiofa. sit facta a quodā extraneo:secus si a psona ꝯiūctaꝗ pater illaꝫ iniuriā nō remittit:hoc est singulare verbū Bar.per illū tex.in.l.luci⁹.ff.sol.ma.et ibi etiā Ro.sequit:ꝛ Ro.in sing.suis singulari.lx.ꝛ vide Mod.in.d.l.luci⁹.ꝛ qḋ ibi dixi. ¶ Itē adde aliā limitationeꝫ si dicta iniuria etiaꝫ sit facta ab extraneo ad hoc vt pr̄ remittat illā iniuriā opus est qḋ pr̄ nō sit vilis persona p tex.ꝛ ibi Bar.in.d.l.sꝫ si vni⁹.§.filiofa.ꝛ an pducto instro pacis de vulnerib⁹ vr̄ pax remissa de morte. Ad hoc etiā vide dicta Bar.ꝛ Mod.i.l.fideiussor magistratu.s. ff.de fideius.ꝛ vide Mod.in.d.§.sabini.

6 Productio pacis a defuncto si statutum dicat qḋ dꝫ habere pacem ab herede an sibi prosit.

6 **Ange.** ¶ † Quid si pducit paceꝫ a defuncto ꝛ statutuꝫ dicit qḋ debeat hr̄e pacem ab herede an sibi psit. Bar.no.in.d.§.sabini.ꝛ dicit qḋ vr̄ qḋ idē sit cū alr̄s dicat qḋ q̄ hꝫ aliquid a defuncto dicat hr̄e ab ei⁹ herede:vt.l. tale pactū.ff.de pba. Sꝫ ꝯtriū determinat Bar.ibi:q2 fauore heredis hoc est itroductū. Igit̄ testator non pōt remittere. Ipe.vt in pos.leg.q2 ex hoc qs inuitaret̄ ad delinquēdū cū vulnerat⁹ expectans mortē ne primo de facili faceret pacē:vt dicit Bar.in.d.§ sabini.qḋ est tenēdū sꝫ Imo.ibi sꝫ Bal.in.l.ij.C.de libe.ꝛ eorum lib.teneat contrariū ꝛ male.

Augu. Tu in hac materia adde qḋ Imo.late posuit istaꝫ materiā.in.l.iiij.§.cato.in fi.ff.de ṽb.ob, ꝛ ibi facit mētionē de ista altercatione inter Bar.ꝛ Bal.ꝛ tādē reprobata opi. Bal.seq̄t Bar.ꝛ idē dixit Imo.in.d.§.sabini.sꝫ Sali.latissime disputās istā materiā in.d.l.ij.C.de lib.ꝛ eo.libe.sequit Bal.ꝯ Bar.ꝛ vide in hac materia bonū tex.l.l.si ego.§.j.ff.de iur.do.qm̄ ad istū ppositum all̄t Bald.in.l.j.C.com.de leg.

in fi.ibi:sed pone testator.q̄ tex.vr̄ velle innuere qḋ necessariū est heredē sed volūtatē defuncti:nō recedereꝫ ab opi. Bar.quā sequit̄ Ro.in.d.§.sabini.ꝛ cōpbat p bonas rōnes.ꝛ ibi dicit qḋ istaꝫ partem doctores sequuntur.

7 Statutū dicēte qḋ habeat pacē ab hr̄dib⁹:si sint plures hr̄des ꝛ offendēs habeat pacē ab vno tm̄:q̄d erit dicēdū.

7 **Ange.** † Quid aūt si statutū dicit qḋ habeat pacē ab heredib⁹ ꝛ sint plures offensi ꝛ ipse habuit pacē ab vno tm̄.no.doc.in.l.ij.C.de li.et eo.libe.ibi dicūt p illā gl.qḋ fuit Bononie consultū qḋ nō valeat:nec tali pducēti talis pax q̄ sibi pdest:q2 oēs heredes insolidū sunt offensi. Igit̄ non sufficit pax ab vno facta. Bar.in.l.eadē.§.cato.in fi.ff.de ṽ.ob.dicit qḋ stari dꝫ maiori pti:vt.l.fi.C.q̄ bo.ce.pos.ꝛ sic nomen heredis est nomē distributiuū:vn̄ in distributiuis qḋ facit maior pars ab oīb⁹ factū vr̄. Bal.aūt in.d.l.ij.dicit qḋ debēt attēdi ṽba statuti:nā aut loq̄t in singulari aut plurali. Primo casu si in singulari sufficit si ab vno herede sit bona fide facta:vt.l.furti.§.q̄ pactū.ff.de infa. ¶ Secūdo casu aut in plurali:ꝛ tūc oēs collectiue debēt facere pacē alr̄s non prodest reo. Ang.ṽo in.d.§.cato.dicit aut statutū totaliter penā remittit:ꝛ tūc oim cōsensus reqrit̄:vt.l.p fundū.ff.de ser.rusti.pdio.ꝛ ibi vide Flo.circa fi. Nec ob. l.maiorē.ff.de pac.quā Bart.allegat.q2 loq̄t in casu qn̄ pe ꝛ non totū remittit̄. Si ṽo statutū loq̄t qḋ pp̄ter pacē minoret̄ pena tūc tꝫ opi.bar.cū trib⁹ limitationibus. Primo si vnus fecit pacē coram aliis nō ꝯtradicētib⁹:q2 illi alii vident̄ ꝯsentire:vt.l.ꝯsilio.§.fin.ff.de cura.fu. Scḋo nisi in nūero illi⁹ maioris ptis sit femina:quia illa vox non dꝫ attēdi vt augeat numerū:q2 femina nō dꝫ leuare faidaꝫ:vt no.glo.c.j.an muli.vel alias imper. c.j.col.x.ꝛ q̄.feu.dare pos.c.j.§.hic aūt.l fi.gl.magne. Tertio limita nisi in numero maioris partis essent consanguinei occisi in alia pte essent heredes extranei:q⁹ ꝯsanguineoꝝ vox pualet:vt.l.si cui.§.j.ff.de acc.ꝛ.l.iij.ff.de libe.cau.et hāc opi.seq̄t Imo.in.d.§.cato.ꝛ Ro.ibi

de hoc vide etiã p Flo.in.d.l.p fundū. ff. de ser.rusti.p͂di.in.d.l.ij.C.de libe.et eo.libe.vide Ang.⁊ latius Bal.in.l.j.ff. de pac.sed in dubio qñ statutũ dicit ꝙ habeat pacẽ ab herede intelligit de filio ad quẽ principalr̃ spectat vindicta ita dicit Bart.in.l.pro herede.§.fi.ff.de acq.heredi.⁊ in.l.si filius qui patri.de vulga.⁊ pupil.

Augu. Tu autẽ in hac materia Adde ꝙ Pet.de anch.in c.ij.extra de iure pat.tenuit opi.Barto. in.d.§.cato.⁊ idẽ facit bal.in.c.cū oēs. extra de cõstit.in.ij.carta.⁊ idem allego Bal.in.l.cũ inter.C.de fideicõ.lib.Sed ibi limitat opi.Bar.ꝙ verũ est qd̃ sufficit habere pacẽ a maiori pte heredũ et non ab vno nisi ille vnus fuerit magis idone⁹:q: mascul⁹ ⁊ alter femina.sed ꝙ vn⁹ heres solus possit facere pacē:tenuerunt Cy.in.l.j.§.fi.ff.de acq.here.et Bal.in.l.j.ff.de pact.cū limitatione de qua ibi per eũ.Ange.ho.⁊ Pau.de ca. in.d.§.cato.dicunt ꝙ de eq̃tate approbant opi.Bar.alis non.Et de materia 8 vide p Guil.Aug.⁊ Bal.in.l.⁊ seruũ.§. 8 hodie.ff.de pac.⁊ vide Imo.Ro.⁊ Rap. multũ subtilizãtes in ista materia iura que allegant pro ⁊ ꝯ in ista materia:sꝫ latissime vide Albe.de rosa.ponẽtẽ in ista materia ⁊ late disputãtẽ in.iij.pte statutoꝝ.q.xxviij.⁊ breuiter ibi ꝯcludit ꝙ sufficit hr̃e pacẽ ab vno cũ hoc sit qd̃ indiuiduũ:⁊ ibi refert Dy.⁊ Olẽra.ita tenuisse in ista materia.⁊ alleg.Rapha. dixisse in ista materia ꝙ pro ista pte ita fuit iudicatũ Gand.ho in tract.malefitiorũ sub rubri.an pax fctã de vulnere videat fctã de morte.in versi.sed pone statuto caueri ꝙ si bãnit⁹ habuit pacē a defuncto vel ei⁹ herede tꝫ qd̃ oẽs debent ꝯsentire ⁊ non sufficit hr̃e pacẽ ab vno herede.Et miror:q: dicit qd̃ Cyn. hoc voluit:⁊ Sali.multũ elegãter loqt̃ in.d.l.ij.de libe.⁊ eo.lib.vbi optime pro hac istã ptem:⁊ hoc affirmauit Bald.in l fi.C.de autori.prestã.⁊ vide Alber.de rosa.in.iiij.pte statutorum.q xj.et vide Imo.⁊ Ro.in.l.p herede.§.fi.ff.de acq. heredi.Item in ꝯtrariũ ē.conclusum.est ꝙ ꝓpter vocē femina nõ dicit maior ps:

quia femina non potest leuare inimicitias.Addatis qd̃ Bal.in.l.titia.§.lucr⁹.ff. de leg.ij.⁊ Bald.in.l.p herede.§.fi.ff.de acq.here.dicit qd̃ illa opi.glos.est falsa q: illa glo.loquit̃ fm̃ ꝯsuetudinem lombardie:sec⁹ in aliis locis.Scd̃o:q: permissum est mulieri qd̃ vindictã iniurie aliene faciat.l.sororẽ.cū simi.C.de his qb⁹ vt indi.⁊ idẽ facit Ro.in.d.§.cato.⁊ isti allegant pro ista parte text.in.l.iij.§. prohibuisse.ff.ad sille.vbi ancille sicut seruo pmittit ostensio p dño.⁊ idẽ dixit Ro.l.d.§.phibuisse.Relinq̃ dicatis vt latissime vltra oẽs mod.dixi l addi.meis in.d.§.cato.quẽ.§.solẽniter legi in.xxvj. ãno etatis mee:⁊ an femia possit reddere pacē:vide olno Ang.in ꝯsi.cclxxxvj.ꝙ incipit:viso facto ⁊ statuto:⁊ in ꝯs.suo lxxv.incip.ex themate presumpto duo oriunt̃ dubia:⁊ materiã istã pacis late posuit.d.Nellus in trac.bannitoꝝ in.iij.parte.ij.temporis l pluribus questionibus ibi vide maxime in.q.xlix.

Statuto dicẽte qd̃ habeat pacem a filiis occisi:an sufficiat hr̃e a spuriis.

Ange. ¶†Quid si statuto d: qd̃ habeat pacē a filiis occisi an sufficiat habere a spuriis.videtur qd̃ sic.q: sonat in naturalitate:vt.l.tutelas ff.de capi.dimi.ergo videt̃ qd̃ sufficit ꝙ spuri⁹ faciat pacẽ.⁊ hoc videt̃ expresse tenere Cy.in.l.q̃sdã.C.ad.l.iuli.maie.et Bart.in.l.ij.ff.de accu.⁊.l.tutelas.ff.de capi.dimi.⁊ in.l.pnuntiatio.§.familie. ff.de verb.sig.Sꝫ ꝯtrariũ videt̃:q: spurius nõ est nolandus fili⁹:vt in aut.ex complexu.C.de incest.nupt.⁊ ibi Barto.⁊ in tantũ qd̃ a pr̃e nõ est alendus:nec aliqd̃ participiũ haberet cũ pr̃e de iure ciuili:vt ibi hr̃ ⁊ in.d.aut.⁊ in corpore vnde sumit̃.facit aut.licet.C.de natura.libe.⁊ in.c.p venerabilē q̃ filii sint legi.ergo nõ cõphendit̃ a statuto qd̃ est ius ciuile municipale:vt.l.oẽs ppli.ff.de iust.⁊ iure ⁊ sic statutũ nõ restringit̃ vt spurium comprehẽdat:vt l.lege iul.§.j.ff.de ritu nup.⁊ sic statutũ recipit interpretationẽ passiuã de habilitate.l.vt gradatim §.sed si lege.ff.de mu.⁊ hono.confirmatur hoc:q: ad heredẽ spectat vindicta occisi.l.j.⁊.l.heredes.ff.de his q̃.vt indi.

vnde statutū qđ dicit de filio: intelligit de filio q̄ sit vel esse possit heres ad quē spectat vindicta: et p ɔ̄ns pacē facere b vñ posito φ ex mēte.d.statuti cū loq̄t de filio simplr̄ posset etiā itelligi de filio naturali tm̄: ꝛ ita loquat̄ opi.Bart. ꝛ iura sua tñ idē nō pōt itelligi i spurio: vt dictū est facit glo.in.l.q: mater.ff.de in ius voc.ꝛ no.plene Imo.i.l.ex facto §.si q̄s rogatus.ff.ad trebel.ꝛ ad iura Bar.ptz vl'sio p no.per glo.in cle.j de bap.ꝛ ita cōsuluit Frā.de rāpo.ꝛ Sali. ꝛ plures alij doc.in cōsi.qđ incipit: sup primo dubio videlz an fili⁹ spurius ꝛc.

Augu. Tu aūt i hac materia ɔsideras: q: p decisione hui⁹ q.vidēda essent dicta Bal.in.c.naturā leo.si de feu.defun.ɔtrouer.fue ꝛ Bal. in.l.ius ciuile.ff.de iusti.ꝛ iure,ꝛ Bal. in.l.parētes.ff.de in ius vo.ꝛ Bal.in.l, ghakr.§.vūt.C.de insti.ꝛ substi.ꝛ Bald. in.l.j.§.dñi.ff.ad sille.ꝛ Bald.ꝛ doct.in l.luci⁹.§.fi.ff.de leg.ij.ꝛ Bald.in rubri, C.q̄ accu.nō pos.ꝛ Bar.in.l,hos accusare.§.oibus.ff.de accu.ꝛ Bal.in.l.id qđ pauperibus.C.de episc.ꝛ cle.vbi alleg. Dy.consuluisse φ spuriū dicunt̄ cōmunes persone.ꝛ Moder.in.c.in his.de fil. presby.ꝛ latissime per Moder.in.c.nōnulli.extra de rescriptis.

9 ☞ Inq̄sitio fit ɔ̄ titiū: opponit̄ φ ē clericus vel aliq̄d aliud cui⁹ cognitio ad iudicē laicū nō spectat: q̄d erit faciēdū, 10 Clericū se fecit titius in fraudē delicti cōmissi: an istud patrocinabit̄ ei: ꝛ dato φ nō: iudex tñ laicus non faciet ipso facto executionem contra eum.

9 **Ange.** ¶ † Quid autē si opponit̄ φ ipse inq̄sit⁹ est clericus vel aliq̄d aliud cuius cognitio ad iudicē secularē nō spectat q̄d erit a.Rn̄deo interīz morabit̄ i carcerib⁹ sub iudicio secularis custodia si erat tale delictum pp̄ter qđ poterat detineri: vl' si erat fideiussorib⁹ relaxādus manebūt adhuc fideiussores obligati et interim iudex laicus supersedebit donec talis cā inci dēs fuerit p iudicē ecclesiasticū termi nata: vt no.Inn.in.c.vt fame.de snia excō.ꝛ facit quod no.Bal.in.l.additos.C. 10 de epis.audien. † Aduertas φ si fecit se clericū i fraudē delicti cōmissi: an sibi patrocinet̄.vide Jo.an. b ꝛ doc. in.c.j.de obli.ad ra.et Bar.i.l.j.ff.de pe.ꝛ Bal. ꝛ Sali.in.l.officiales.C. de episc.ꝛ cle.Sz etiā si nō patrocinet̄ tñ iudex secularis nō pōt ɔ̄ eum ipso facto facere executionē in ipm̄ ipso facto: ita no.Bald.in aut.cā q̄ cū monacho.C.ɔ̄ episc.ꝛ cle.ꝛ Dy.ꝛ Bart.i.d.l.j.

Augu. Tu aūt i hac materia adde pulchra verba Pet.de anch.in repetitione regule ea q̄.eē de reg.iu.l.vj.q.pn̄.ꝛ vide in terminis doct.marie Do.de san.ge.in.c.j.de cle.ɔiu.l.§.fi.in k.q̄ not, loquit̄ q̄ tz φ ille delēq̄s nō dz remitti ad iudicē ecclesiasticū: sz iudex ecclesiastic⁹ dz pnūtiare an ille sit cleric⁹ vel nō: ꝛ gaudeat priuilegio clericali: ꝛ interim supersedebit p iudicē laicū.et alleg.dños de rota hoc idē voluisse: ꝛ certe repi dños de rota in sua decisiōe.ccxiij.q̄ notabiliter loquunt̄.Et de materia vide Pe.de anch. no.in sua disputatiōe q̄ incipit laic⁹ q̄dā.ꝛ dn̄s Abb.i.c.at si clerici.de iudi.ꝛ do.Cardi.i.c.per pēdimus.de sen.excō.ꝛ Calde.in consiliis suis, ¶ Itē de eo q̄ post delictū facit se clericū.vide p Jo.and.in addi.Spe, in ti.de reo.in prin.per do.Ant.de bu.in.c.ppo suisti.extra de foro compe.q̄ multa allegat p Bar.in.l.fi.ff.de pe.per

a ¶ Quid erit. Adde ꝛ vide Ful.i cōsi.cxviij. vbi etiā ponit q̄s debeat cognoscere an clericus amiserit priuile. cleri.et sub cui⁹ custodia teneri debeat. Si aūt post delictū q̄s est effect⁹ cleric⁹ q̄s debeat puniri.vide Ol. in cōsi.iij. Per,

BDDJ.
b ¶ Jo.an. Uide eūdez in quadā.q. quaz repetit in fine so.in tract, Bonifacij ɔ̄ vitelinis. infra so,

legistas in.l.pen.ff. de hor.post Bar.plene per Pe.de anc.in repetitio ne regule ea ꝙ in.xij.q. ꝑncipali. ꝑ Mod.l.i.nō solū.§.fin.ff.de excu.tu to.post Bar.ꝑ Bal.in.l. cū ꝗdā.ff.de iurisd.om iudi.ibi late ꝑ Moder. bñ faciūt no.ꝑ Bal.l.i. si crimē.C.de ordi.cog. ꝗ ponit ꝯ eo ꝗ post cita tionē de se facit se cleri cū:ꝛ vltra.ꝫ.allegata vi de Bal. in.l.si qs decur rio.C.de fal.per.d.Bar. in.d.l.j.ff.de pe.ꝑ Bald. in.l.j.C.an seruꝰ ex suo facto ꝑ Angel.in.l.si qs postea.ff.de iudi.ꝑ Mo der.late in.l.cū quedam puella.ff.de iurisdi.om. iudi.Albe. de rosa.in.§. parte statutorum.q.xij.

a ¶ Conie cturis. Ad de fulgo.in cōsil.cccxc. Ver.

11 Fure dicēte ꝙ sub traxit rē titio putando illū esse permissurū.ꝗd erit dicendum.

12 Fur an liberabit si ꝯpa reat dñs pro suo inter esse.ꝛ furem excusando dicat illud fuisse factuꝫ sua voluntate.

b ¶ Preiu dicat. Ad de ro.in cō si.cccccvj.ꝛ Alexan. de Imo.l cōsi. .in.iij. vol. Ver.

11 **Ange.** †Quid si fur dicat ꝙ qñ reꝫ subtraxit titio putauit sibi dñꝫ ꝑmissu rū.Rñdeo nō credit eī cū furari sit de gñe ꝓhi bitorū ꝛ nemo credit cō sentire nisi exꝓsse ꝓbet ꝯsensus:vt.l.qui vas.§. vetare.ff. de fur.nisi ex aliquibus ꝯiecturis a id ꝓbet vtputa qꝛ dñs cō modauit equuꝫ vsqꝫ ad villā credere potuit ꝙ etiā pro longiori via cō cederet vñ excusat ius xta notata ꝑ gl.in.§.pla 13 cuit.instu.de ob.que ex

quasi delic.na.ita determinat Barto.in 12 l.inter oēs.§.recte.ff.de fur. ¶ †Quid si cōparet dñs pro suo interesse et furē excusat dicēs illud factū fuisse sua vo lūtate:an ꝓpter hoc reus liberet.Bar. in.d.§.recte dicit ꝙ in dubio talis con b fessio dñi nō preiudicatbreipublice qn reus ad vindictā publicam puniat.ar. no.in.l.ij.§.fin.ff. si ex noxa.cā aga.nisi appereant aliqua indicia de suo cōsen su vt qꝛ erat cōsanguineus vel amicus valde ꝛ erat reo paruus vel erat consue tus talia concedere:ar.l.si seruus.ff.de dona.inter virum et vxo.alias de facili multi fures possent euadere cōtra iure ꝛ istam opi.sequitur Bal.in.l.transige re.C.de transac.

Augu. Tu autē in hac materia adde ea ꝗ dixit Bal.in.l. falsus.C.de furtis.in.iij.col.qui dixit ꝙ verū est ꝙ nō credit dño rei subtracte ꝙ de cōsensu suo fur cōmiserit furtum. tñ limitat hoc non procedere nisi vltra assertionē dñi iuramentū interuenerit: qꝛ tūc credit ei:ꝛ ibi vide Bal.allegans tē bona iura:ꝛ dixit Ang.in.l.ꝗ vas.§. vetare.ff.de fur.qꝛ si furtū est commis sum ꝑsone cui erat gloria ignoscendi. ꝙ excusat fur ꝗ dicit ꝙ fecit furtū cre dēs dñm permissurū:allegat Iaco.de are.ita voluisse in lege si qs in hoc ge nus.C.de episcopo.ꝛ cleri.Sed Ange. in.d.§.recte.dicit ꝙ hoc de facto nō ob seruat.Et inꝗtū dictum est ꝙ si fur est ꝑsona cōiūcta vel alꝰs hꝫ amicitiā cum dño rei subtracte ꝛ dñs confitet ꝙ de cōsensu suo furtū est factū ꝙ releuatur isto casu fur a pena furti. ¶ Adde ꝙ ad hoc idem affirmauerūt canoniste ma xime dñs Abb.in.c.dudum.el.ij.extra de electione.Et idē dñs Abb.post doc. in.c.j.extra de presumptionibꝰ qui fa ciūt mentionē de doctrina Bar.in hac materia in.d.§.recte.ꝛ vide Bald.in.d. l.falsus.ꝛ Sali. ꝛ Moder.in.d.l.transi gere.ꝛ dicit Ange.in.d.§.recte ꝙ om nia ista relinquuntur arbitrio iudi cis et bene per.l.ait pretor.ff.de iure delibe.

Inꝗsitꝰ si cōpareat ꝛ dicat:potuit impune occidere qꝛ erat bannitus ꝗd

erit dicendum.

Ange. †Quid si dicat ꝙ potuit impune occidere quia ille erat bānit⁹. Rñdeo ꝙ non tm̄ inqſit⁹ pōt hoc facere deducere ꝛ allegare ꝑ se ſʒ etiā ꝗlibet etiā vt tanꝙ vn⁹ de populo pōt hoc facere ꝛ cōparere corā iudice ꝛ ostēdere ꝛ ꝑducere bānū illi⁹ occisi ꝛ allegare statutū quo potuit impune occidi et statim accusatio vel inquisitio nō recipit nec super ea proceditur: et sic talis exceptio valet vcʒ ꝙ ille potuit impune occidi si opponit ad ꝑcessum: ita dicit Bart. in. l. si seruus. C. de his q ad ecclesias cōfugiūt. ꝛ etiā quā primū iudici constiterit de dicto banno statim iudex pōt circunducere dictū ꝑcessum cōtra occisorē qꝛ sibi cōstat notorie ꝙ illud delictū est impunibile: ita notabiliter dicit Bar. in. l. vbi pactū. C. de trāsac. et in. l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iudicijs ver. q̄ro procurator habēs mandatū ꝛc. ꝛ ibi Jmo. ꝛ d. Franci. de albergotis de aretio. in. l. iij. C. de acc. qd perpetuo[a] not. qꝛ isto modo vidi multos defendi. nec est opus ꝙ homicida compareat vel ꝑcuratorē siue defensorē cōstituat: ſʒ vnus vt quilibet de populo cōpareat ꝛ predicta alleget ꝛ bannū producat occisi pro suo et dicti populi interesse: ꝛ ita bononie vnum amicissimū c meum euasi.

Augu. Tu aūt i hac materia adde qd Ja. de bu. tʒ ꝯtrū in l. decuriones. C. ex q. causis infa. irrog. Et ibi hoc ponderat Bal. sed verior vr opi. Bar. vt ptʒ ibi ex notatis per Bal. ꝛ istā partē sequit Ange. ꝛ Sali. Fulgo. et Pau. de ca. et Moder. in. d. l. vbi pactū. ꝛ vide no. per Cy. in. l. reos. in. vi. q. C. de accu. ꝛ ibi ꝑ Bal. in. xiiij. col. ꝛ Bal. in. c. j. §. iniuria. de pace iura. fir. per Bal. ibi in. ij. col. C. qūo ꝛ qñ iudex. ꝛ per Bal. in l. j. §. offilius. ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi eximat: benefaciūt notata per Bal. in. l. plane. ff. de peti. hered. ꝛ Jmo. in. l. fin. ff. a quibus appel. non licet. in xxj. colum. ꝛ Ricar. malumbre in. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur. et Fran. de are. in. d. l. reos.

14 Reus si cōpareat et dicat occisum fuisse bānitū. ſʒ ꝙ variatū fuit nomē bāni et inquisitionis.

14 Ange. †Quid si dicat occisum bānitū fuisse sed variatū est nomē bāni: ꝛ inquisitionis. Rñdeo ꝙ dñt fieri arti. de idēptitate[b] ꝑsone: vt not. Bar. in. l. j. C. si vn⁹ ex pluribus. ꝛ in. l. demōstratio. in fi. ꝑncipij. ff. de cōdi. ꝛ demon. quod bene not.

Augu. Tu adde q̄ dixi l. d. l. demōstratio. in fi. ꝛ bñ faciūt ea q̄ dixi l. l. si ꝗs in fundi vocabulo. ff. de leg. primo.

15 Inqſitio si fiat contra filiū de parricidio: ꝛ opponat ꝙ pater erat bānitus an potuit ipm̄ impune occidere.

15 Ange. †Quid si inqrit ꝯ filiū ꝯ parricidio. oppōnit ꝙ pr̄ erat bānit⁹: an potuit ipʒ ipune occidere dic ꝙ sic[c] vt. l. minime. ff. de reli. ꝛ sump. fune. nā pr̄ ē effect⁹ hostis patrie: ꝛ sic patriā prārē ꝑdiderat: vt. l. postliminiū. §. fili⁹. ff. de cap. dimi. ꝛ ibi h̄ ꝺt Bar. in. l. si adulteriū. §. fi. ff. ꝯ adul.

Aug. Adde gl. xxiij. q. iij. c. fortitudo. Add9 tñ ꝙ gl. in. l. minime. ff. de religiosis et sump. fune. vr velle qd tūc lʒ filio occidere patrē qñ se defendēdo fili⁹ hoc facit alr̄ secus: lʒ Bar. ibi hoc nō dicat: ꝛ alij doc. ꝛ doctr. Bart. in. d. §. liberto. approbant doc. marie Ro. in. l. Quis. cuʒ. l. sequēti.

a Qd perpetuo not. Adde tu et vid9 pau. ꝯ ca. l ꝯs. xxxiij. in primo impssis vbi voluit ꝙ stāte statuto ꝙ ꝯtumax habeat ꝑ ꝯfesso. et occidēs bānitū patiat se poni in bāno ꝑp̄ cōtumaciā ꝙ tñ p̄t cōparere ꝛ allegare ꝙ occidit bānitū qꝛ non negat crimē: ſʒ ꝗlificat. Ber.

b Jdēptitate. Adde ad hoc bñ facere not. ꝑ Alex. l ꝯs. lxxiij. in. iij. vo. ꝛ qd voluit pau. ꝯ ca. l ꝯsi. cclxviij. l scdo impressis. Ber.

c Qd sic. Add9 ꝙ hoc idē tʒ Abb. l cōsi. ciiij ꝛ Ang. l cōsi. ccxxiij. B.

ff.solu.matri.⁊ Sali.in.l.j.C.de his qui parentes occiderunt:ubi hoc disputat: tandem nihil decidendo remittit se ad notata per ipsum in repetitione.l.j.C. de here.insti. ¶ Adde tñ ꝙ cõtrariũ tenuerunt antiqui Gãdi.in tracta.maleficiorũ sub rub.de bãnitis pro maleficio:et Albe.de rosa.in.iiij.parte statu.q.vj.et in.iij.⁊.iiij.parte statutorum.q.xxvij.et ibi allegat antiquos tenentes istam partem.

16 ☞ Reo opponente ꝙ alias fuit inquisitus de eodẽ crimine:an exceptio erit peremptoria vel dilatoria.

16 **Ange.** †Quid si opponit ꝙ alias de hoc crimine fuit inquisitus an talis exceptio sit peremptoria vel dilatoria:glo.in.§.solu.⁊ ibi Barto. in.l.senat⁹.ff.de accu.dicũt ꝙ talis exceptio est dilatoria:⁊ sic processum impedit et ad processum debet opponi:vt est casus in.d.l.senatus.dic vt ibi plene per Barto.

Augu. Tu adde ꝙ Ange.alias et diuerso mõ locut⁹ est in l.qui de crimine.C.de accu.qui dixit ꝑ illũ text.ꝙ hec exceptio est ꝑemptoria: nihilominus impedit litis ingressum: licet Ange.in.d.l.senatus multũ magni faciat.⁊ sequitur doctrinã Bar.ibi.addatis ꝙ cũ Barto.tꝫ practicus Papië. in forma inq̃sitionis in gl.hec est quedam ⁊c.in.iij.colũ.ver.preterea.querit refert et sequit Feli.in.c.exceptionem. de excep.col.xiij.versi.idẽ dic de exceptione fuit alias ⁊ colũ.xiiij.ver.et ista exceptio.fuit alias ⁊c.

17 ☞ Interfector si dicat ꝙ occisus erat fur nocturnus:et ꝙ aliter res suas vel personã suã defendere nõ poterat:an sit absoluendus.

18 Furem posse interfici de quo fure intelligi debeat.

17 **Ange.** †Quid si interficiens dicat ꝙ occisus erat fur nocturnus ⁊ ꝙ aliter non poterat vel res suas vel ꝑsonã defendere:an talis reus sit absoluendus dic ꝙ sic qꝛ speciale est in fure nocturno ꝙ ꝓpter res possit quis eum occidere:ita dicit Bar.in.l.mulierem.§.j.ff.de sica.⁊ Floria.in.l.itaqꝫ. ff.ad.l.aquiliam.

Augu. Tu autem in hac materia adde pulchra verba Ang.que posuit in.l.j.C.vnde vi qui dicit ꝙ verũ est ꝙ possum occidere furem nocturnũ dummodo res subtracta sit non parue extimationis secus si vilis quia isto casu non possum occidere furem nocturnum:et hec dicit relinquenda arbitrio iudicis:⁊ ponit exemplum de doctore cui subtractus fuit codex suus in quo studuerat et aliqua ponit ibi circa intellectũ.l.furem nocturnũ. ff.ad.l.cor.de sica.et hoc idem ꝙ dicit Ange.et voluit Bald.in.l.j.C.loca.in.j. col.Et mathesilanus in suis notabil.dictis.cxxv.⁊ ibi dicit ꝙ res vilis potest 18 esse illa que est a duobus aureis.].†Et an predicta habeant locum in fure nocturno tantum qui non poterat cognosci et se defendebat vel se non defendebat cum telo vel in illo qui occidebat furem nocturnum qui non clamabat a ladri a ladri vel etiam in fure diurno qui cognoscebatur vel non cognoscebatur.vel si cognoscebatur tamen erat in actu fugiendi et asportandi res extra territorium et quid in clericis an predicta habeant locum et an de iure canonico predicta procedant.De materia vide per canonistas maxime per dñm Abba.in.c.ij.et in.c.si perfodiens. extra de homicidio.et late per Ange.et Sali.qui multa allegant contra cõem sententiam in.l.vt si allegas.C.ad.l.cor. de sica.et eleganter loquitur Sali.in.l. quoniam multa.C.ad.l.iul.de vi pub.vide per Pau.de castr.in consil.suis consi.cxc.qui ponit de fure diurno qui cum telo se defendebat ⁊ per Canonistas in c.olim.extra de restitu.spolia.maxime per do.Ant.de butr.in.xviij.colum.qui tractat etiam de intellectu.d.l.furem nocturnum.

19 ☞ Inquirentis persone que exceptio opponi valeat.

19 **Ange.** †Quid si cõtra personam inquirẽtis excipiat dic ꝙ ois exceptio que regulariter potest opponi cõtra accusatorẽ:vt qꝛ est sibi inimicus potest opponi regulariter cõtra

a inquirentẽ[a] vt. c.diuersis.et qđ ibi no. de cleri.cõiugatis dicit Bart.in.l.ij.§. si publico.ff.de adulte.in ṽsi.q̃ro vtrũ ꝯ iudicẽ ꝛc. Et dic oĩno vt dixi supra in gl.hec est q̃dã inquisitio ꝛc.in ṽsi.v.pn̄cipaliter.ꝛ in versi.se.vbi plenius vide his ꝛ dicetur infra in glos.super verbo iudex statuit terminum ꝛc.

Augu. Adde hic que supra dicta sunt in dicto ṽbo hec est quedam inquisitio in dictis versiculis.

10 ☞ Testib[9] de falso accusatis ex q̃bus reus cõuictus est an differat sententia condemnatoria contra inquisitum.

10 **Ange.** †Quid si dicat testes ex q̃bus cõuict[9] est falsos ꝛ eos de falso accuset:an differet snĩa cõdemnatoria contra inquisitũ. Cyn.in.l.j.C.qui accusa.non pos.scđm Ricar.malum.dicit ꝙ non.vñ cautela est ꝙ accusent testes ꝛ p̄ducẽs de falso ad hoc vt differat snĩa condemnatoria:q2 si testes conuincent de falso clarũ est ꝙ inq̃sit[9] nõ cõmisit illud delictum.vt.d.l.j.Sed vt refert Bal. in.d.l.si docuerit.C.de fal.plures doc. Bononie cõsuluerũt ꝙ etiã ex sola testium accusatiõe differet condemnatoria:q2 si sententia esset per falsos testes lata retractaretur:vt.l.iij.C.si ex fal.instru. Cauti[9] tamẽ est verũs ꝙ accusare que omnia singulariter no. ad impediẽdum cõdemnatoriam.Sed Bald.in.l.j.C.de questio.per glos.ibi limitat singulariter hoc verum si accusant testes necessariũ ad p̄bationez:secus si aliqui sunt vltra debitũ numerũ illoꝝ qui p̄barẽt:q2 p̄pter alioꝝ accusationez processus neq3 ciuilis neq3 criminalis retardaretur qđ no.

b **Augu.** Tu aũt[b] in hac materia adde qđ miror ꝙ iste doctor nõ alleget Bart.in terminis in.l.si testamẽtũ.ff.de peti.here.in fi.q̃ exp̄sse dicit vel ꝙ opus est ꝙ accusent testes ꝛ p̄ducẽs ipsos vel ꝙ opus est ꝙ excipiatur de falso ad hoc vt supersedeatur in p̄ncipali cã.ꝛ iõ vide Bal.no.loquentẽ in.l.j.C.q̃ accu.in fi.q̃ eleganter loquit̃. Sed vltra oẽs locut[9] est amplissime in isto passu Alber.de rosa.in.l.j.C.si ex fal.instru.ꝛ pleni[9] ipse Albe.in.§.parte statutoꝝ.q.lxiij.q̃ icipit mõ subĳcio q̃stionẽ disputatã p̄ do.Ricar.Limita tñ p̄dicta fm ꝙ eleganter limitabat Bal.in l.j.C.q̃to2 q̃s iudex.l ṽ.mõ q̃ro.q̃ dicit ꝙ l3 aliis essemus in casu in quo p̄pter q̃õnẽ falsi supsederet in causa p̄ncipali:tñ hoc nõ militaret:vbi essent diuerse iurisdictiones iudicũ diuersi fori qui pretendãt iurisditionẽ eq̃liter:ꝛ ibi dat pulchrũ exẽplũ ibi vide Et allegat Fredericũ de senis ita cõsuluisse.Ad de pe.đ ancha.in cõsil. suo.lxj.dicentẽ qđ cã hõmicidĳ ẽ differẽda si testes accusant de falso.

11 ☞ Reo dicẽte ꝙ cõmisit tale delictũ dormiẽs an excusabitur.

11 **Ange.** †Quid si dicat et p̄bat ꝙ ip̄e dormiẽs cõmisit tale delictũ an excusabit̃. R̃ndeo aut sciebat ꝙ ille erat su[9] mos qđ ipse dormiens alios p̄cutiebat et tũc q2 non p̄cauerit ꝙ solus dormiret tenetur:q2 fuit in culpa.l. si putato2.ff. ad.l.aq̃l.Si aũt nõ erat mos suus dormiẽs habet vt furiosus[c] ꝛ excusat̃ vt.l.j.§.j.ff.de acq.pos.ita dicit Bar.l.l.fi.ff.de parr. Flo.in.l.si seru[9] seruũ.§.si fornicarius.ff.ad.l.aq̃l.Pet.de ancha.i cle.j.de homi.

Aug. Tu aũt3 in hac ma. adde Guil.de cu.in.l.diu[9].ff.de offi.p̄si.ꝛ vid Bal.i l.j.C.vñ vi in re pe.circa fi.ꝛ Car.ꝛ Imo.i.d.cle.j.

a ¶ Inquirẽtem. Adde tu Alex. de Imo. in cõsi.clxxvij.l ij. vol. vbi ꝙ etiam cõtra iudicem inquirentez non potest opponi qđ nõ possit recipere testes minores. B.

b ¶ Tu autẽ.Adde circa hoc et vide Abba.in consil. xvj.l ij.vol.ꝛ pe.de anc.i cõsil.lxj. Ber.

c ¶ Ut furiosus. adde de hoc ꝛ vide Alexã. in cõsi. clxx. l.ij.vo.Ber.

de homi. qui referũt qđ laud. dicebat q̄ cũ esset in ciuitate Perusij I ecclesia sctĩ Bñdicti qdaʒ eius soci⁹ anglic⁹ surrexit ⁊ armauit se đ nocte dormiens ⁊ iuit ad fluuium ⁊ iterfecit quēdã pueꝝ ⁊ đsi ego hoc non credebaʒ nisi vidissem Bar. l. I. vt viʒ. ff. đ iusti. et iur. qui dicit q̄ semel fuit qdã Pisan⁹ q̄ se armabat đ nocte dormiēs ⁊ ibat p ciuitatē cãtãdo. Aduertas quia credo q̄ ista sũt somnia nã iposibile est q̄ ille q̄ nõ videt: vt est dormiēs possit ire de nocte ⁊ maxie q̄ non pcutiat caput in muro ⁊ maxie cuʒ sit cẽmētē q̄ dormiēs cōparatur furioso q̄ nullũ itellectum habet I. c. maiores. extra de baptis. cuʒ similibus.

a ℂ Sceui re. Adde tu ⁊ vide Alex. đ. de imo. in cõsi. lxxv. in. iij. vol. et ibi an puniatur de excessu et que dicantur furta domestica: et qualiter puniantur: vide eũdem in consil. cxxxvj. in j. vol. Ber.

22 ℞ Fure dicēte est furtũ domesticũ: ⁊ sic impune licuit ⁊ p̄re inquisito dicente. est filius meus ergo licuit in eum sceuire qđ dicendum erit.

22 **Ange.** ℂ † Quid si fur dicat q̄ fecit furtũ domesticũ ⁊ sic ipune licuit sibi facere vel si pr̄ indsit⁹ dicat est fili⁹ me⁹: ergo licuit in eũ sceuire^a vt. I. respiciēdũ. §. furta domestica. ff. đ peñ. Rñdeo aut ẽ furtũ leue aut pue quãtitatis: ⁊ licuit: alis nõ: vt no. in. I. ad ea. ff. de reg. iu. ita dicit Bar. in d. §. furta. et in. I. j. ff. re. amo. ⁊ I. I. si libert⁹: vbi ẽ tex. ff. de fur. Et q̄ psone dicãt domestice: dic vt no. p Bar. in. d. §. fur

ta. vt scire possis que psone possunt se excusare sub hoc colore qđ furtum domesticũ cõmiserint. Et idem in iniuria p p̄rem in filiũ illata vel dñm in seruũ. iuxta. I. j. C. de emen ppin. ⁊ de ser. corrup. I. j. q2 si sit atrox: vt quia est mutilatio mēbri vel similis est puniendus. vt. d. I. si adulterium. §. fi. ff. de adul. ita dicit Bar. in. I. qui accusare. §. j. ff. de accu.

Augu. Tu autē in hac materia adde quod Sali. I. I. apud antiquos. C. de fur. dat duas limitationes in hac materia qui dicit q̄ verum est qđ fit distinctio inter furtum rei magne vel pue qđ inter furantē ⁊ eũ q̄ furatũ est vera subiectio et affectio. secus vbi est erronea subiectio ⁊ indebita affectio q2 tũc tenet indistincte si sit res magna vel parua. Et ad hoc ponderat tex. ⁊ glo. ibi in. d. I. apud antiquos. Itē dat aliam scđam limitationem et singularem q̄ verã est q̄ in furto domestico non ꝯsiderat res parua. nã si vn⁹ domesticus faceret plura furta viliũ rerũ diuersis tpibus tũc censet esse vnicum furtũ magnum tũ ex rerũ cumulatarũ extimatione tũ ex assuefactione vel cõsuetudine vt. I. nemo. in fi. C. de epis. au dien. Adde q̄ ista fuit sententia Bal. ibi in d. I. apud antiq̄s. refert Odof. ⁊ Nic. de ma. ita voluisse ibi. licet Bald. non ausus sit decidere in. c. j. §. furtũ. de pac te iura. fir. q̄ allegat Cy. ita voluisse in d. I. penul. C. de furtis.

23 ℞ Reus si opponat q̄ illa iniuria est sibi remissa p offensum qđ faciẽdũ erit.

23 **Ange.** ℂ † Quid si opponat qđ illa iniuria est sibi remissa p illũ ꝯ quē deliquit. Rñdeo q̄ ex ea crie põt duplr agi ad penam applicandam pti et ad publicã vindictã vt. I. qui nole. ff. de fal. no. in. I. fi. ff. de pua. delic. vñ lꝫ pars possit in sui pindiciũ intuitum remittere. I. pe. C. de pac. tamē nõ poterit remittere in preiudiciũ reipublice vt not. gloss. in. I. ij. ff. ad sil. et ibi Barto. et Bald. in. I. j. §. ij. ff. de min. et Bal. in. I. transigere. C. de transact.

Augu. Tu aũt I hac materia adde no. p Bar. I. I. inter omnes. §. recte. ff. de fur. per q̄ poteris limitare

mitare predicta et dicta p Bar.in cōsi. suo dn̄o p̄ntī terre roche cōtracte z faciunt not.in.l.j.C.de aboli.

24 Inquisitus dicēs q offensus erat bānitus tpe offensionis licet postea sit restitutus z rebānitus quid erit.

24 **Ange.** † Quid si dicat q offēsus tpe offensionis erat bānitus: an si tpe inq̄sitiōis erat iā restitut' z rebānitus: nec potuit ipune offēdi an offendens inq̄sit' debeat adsolui: dic q sic[a] qz sufficit q̄d tpe offensionis eēt bānit': lz tpe q̄ offendētē inquiritur ille sit rebānitus: ita dicit Bald.et Imo. in.l.si cōstāte.§.vxor.ff.so. matri.

Augu. Tu adde z vide Mod. et q̄ ibi scripsi in.d.§.vxor. z vide do. Nellū in trac.suo bānitorum qui eleganter loquitur sup isto passu.

25 Statuto dicēte q bānit' possit impune occidi si inquiratur cōtra titiū q seium vulnerauit an possit opponere q eum licuit occidere qz banitus ergo fortius licuit vulnerare.

25 **Ange.** † Quid si statutū dicit q̄d bānit' possit impune occidi z si inq̄rat̄ ↄ titiū q ipm vulnerauit an possit oppone q̄d eū licuit occidere.g̃ forti' licuit vulnerare: dic q̄d sic.vt.l.nec in ea.z ibi Bart.ff.de adul.

Augu. Tu aūt in hac mat'ia ad de Bal.l.l.j.C.de iterdi. z in.l.cū ancillis.C.de nup.doct.maxime Bal.z Imo.in.l.in suis.ff.de libe.z posthu.Cy.in.l.j.C.q̄ sit lōga cōsue.do. Anto.in.c.fi.ex̄ de ↄsue.Jo.an.in addi. Spe.i ti.de ↄsti.§.j.in fi.Imo.in.l.non solū.§.j.ff.so.ma.z adde Alb.d ro.in.q. statutoꝝ in.iiij. parte.q.xciij.z incipit dubitari etiā vidi.vbi expresse firmat hoc q̄d talis bānitus q̄ pōt impune occidi pōt in carcere priuato detineri.

26 Crimine inquisitionis opposito p modū exceptiōis: an debeat se subscribere ad penam talionis.

26 **Ange.** † Quid si opponat crimen inq̄sitionis p modū exceptiōis: an debeat se subscribere ad penā taliōis.Bar.in.l.si cui.in p̄n. ff.de acc.dicit aut simplr̄ opponit dictū crimen ↄ illū offensū: vt se ab inq̄sitiōe z b accusatiōe defēdat z sic tenet se subscribere: si āt nō tm̄ vt se defendat: sz etiā vt ali' de tali delicto puniat̄.iuxta.l.ij.§.si ex re.ff.d adul.z tūc dz se subscribere.vt.l.iij.C.qui accu.nō pos.

Augu. Tu āt in hac mat'ia adde q Ang.l.l.q̄ crimē. C.q̄ acc.nō pos.facit mētionē d hac doctrina bar. l.d.l.si cui.z eā ap.pbat z seq̄t: z d't ibi i hac mā aliq̄s ↄclōnes p'chras q̄s oino vid z vid ibi i d.l.q̄ crimē.glo.z doc.z tex.z bal.l.l.ij.C.d fi.ist. bal.l.l.fi.C.si ex fal.istr.

27 Instrō pac' pducto q hirū fuit a filius masculꝫ iterfecti: sꝫ tn̄ filia vnica ↄdicat quid erit.

27 **Ang.** † Quid si pducitur instr̄m pacis habitū a filiis masculꝫ iterfecti ↄdicēte tn̄ ei' filia vnica femina: nā bal.z Ange.l.l.p hr̄ede.§.fi.ff.d acq.her̄.dn̄t q satis est q̄d pducāt pacē habitā a masculis: lz femia ↄdicat.qz femina non leuat faidā: vt no.gl.i ti.q̄ feu.da.pos.§.pe.z in ti. an mut' aut aliter imperfe.c.j.Sz Lu.d ro. in.l.j.§.potissime āt.ff. ad sil.i vbo siue corpe suo zc.tz ↄriū: qz p illū tex.vr̄ q femina potuerit vīdicare mortē p̄ris. vñ ei' ↄsensus fuit necessari' p q̄ et alle.tex.l l.j.C.de his q̄ se desen. li.x.z q̄d ibi no.Ang.in apostillis ad Bar.

Aug. Add h ea q̄ dixi supra b de malefi.

a Dic q sic.Adde et vid Alex.in ↄsi.cvij.l.iij. vo.z Bar.in ↄs.clxxxviij. Ber.

b Dixi supra. Add et vide Ang.l ↄs.cclvj.B.

in eadēmet glo. dum tractaui materiã an oēs heredes debeant facere pacē si sunt plures heredes et quid si erat ibi vna femina dic vt ibi dixi in addi. late.

28 ☞ Remissio iniuriarum facta in foro penitentiali: an psit in foro iudiciali.

28 **Ang.** ¶ † Quero qd si allegat ꝙ in foro penitentiali p iniuriarū fuit sibi iniuria remissa. an prosit in foro iudiciali et Bald. in. l. ij. ff. ad sille. refert Cy. determinantē ꝙ sic p glo. in. §. fi. insti. de iniu. et idem not. in. l. ij. C. de libe. ꝛ eorum lib. idē voluit Bart. in. l. nō solū. §. qui iniuriarū. ff. de iniu. vbi allegat dictū magistri sniarū et idē vult in. l. si tibi. §. j. ff. de pac. vbi allegat orōnē dñicā. Sed Bal. in. d. §. iniuriarū notabilius distinguit: aut est facta plena remissio: an tm̄ rancor aut dubitat. Primo casu talis remissio pdest in foro iudiciali ex eo q2 p altero vulnerāte interuenit psona publica hoc est sacerdos q̄ potuit alteri acqrere vt. l. j. §. ius publicū. ff. de iusti. ꝛ iur. ꝛ ibi Bar. in. c. ꝙꝙ. de vsur. in. vj. ꝛ maxime liberationez iuxta glo. in. l. nō solū. §. liberationis v̄ba. ff. de lib. le. ꝛ no. Inno. in. c. veniēs. de renū. ꝛ no. Ang. i. l. idēq3. §. fi. ff. de pac. Scd̄o casu qm̄ cōstat de eius mente actio iniuriarū q̄ cōpetit ad penam vel interesse nō vr̄ remissa. Tertio casu ꝛ tunc p̄sumit tm̄ rācorē remisisse p̄sumptione. l. cū de indebito. ff. de probatio. ꝛ sufficit ꝙ alterū remiserit. allegat de serui. ru. predio. l. si mihi. et. l. si domus. de seruit. vrb. predi. ꝛ ibi Bald.

Augu. Tu aūt in hac matia adde ꝙ Inn̄ tz Cy. vt refert Bald. in. l. ij. ff. ad sille. ꝛ Io. and. in addi. Spe. in ti. de instru. edic. §. nūc v̄o aliq̄ in addi. p hoc non vr̄ bene ꝛc. Cōis tm̄ opi. est illa Guil. de cu. ꝛ Bart. in. d. l. si tibi. §. j. ff. de pac. ꝙ cōiter ibi approbāt doc. ꝛ Bart. in. l. nō solū. §. j. ff. de iniur. lz do. Ang. hic alleget Barto. in. l. eum q̄. §. iniuriarū. ff. si qs cau. ꝛ idez voluit Bal. in. l. si dom⁹. ff. d ser. vrb. p̄di. ꝛ An so. de bu. in. c. de his. ex̄ d acc. Saluarē tm̄ opi. Cy. ꝛ Io. an. ꝛ ita limitarē p̄dicta nisi remittēs dixisset se facere plenā remissionē vt eleganter voluit Bal. in. c. j. §. iniuria. de pace. iura. fir. ꝛ bal. in addi. d. l. nō solū. ꝛ Ro. in. d. l. ij. ff. ad sille. in hac matia adde Spec. in ti. de accu. §. j. v̄. qd si vulnerat⁹. ꝛ vide Bal. in. d. l. si tibi. §. j. ꝛ Bal. in. l. si p fure. in princ. in lectura. ff. de cōdic. fur. et vide docto. in. d. §. fin. insti. de iniu. Et vltra predicta adde glo. ꝛ do. et maxime do. Abb. in. c. j. ex̄ de maledicis. ꝛ ibi Abbas multū magnificat doctrinā magistri sniarū allegatā a Bar. in. d. l. si tibi. §. j. ff. de pac. Et adde glo. l terminis. j. q. iiij. c. q2 presulat⁹. ꝛ aliā gl. in. c. si qs cōtristat⁹. ꝛc. di. ꝛ aliqd per glo. xlv. di. c. tria sunt. et. xxij. q. iiij. c. si is.

29 ☞ Remissio iniuriarū facta cum iuramento metu mortis instantis testamentum condendo: an postea eo recōualescente prosit talis remissio.

29 **Ang.** ¶ † Quid si allegat ꝙ infirmi: cus metu mortis instantis testamētū condēdo corā sacerdote cuz iuramēto remisit iniuriā an eo postea recōualescente prosit talis remissio. et Bal. vbi supra allegat Io. an. i Spe. de instru. edic. §. nūc aliq̄ v̄. no. gl. ꝛ gl. insti. de iniu. §. fi. ꝛ Bar. brixiē. i suis qōnib⁹ dñicalib⁹ l. xij. q. q̄ incipit qdā vt refert Io. an. in. d. loco dicit ꝙ aut cōstat ꝙ talis remissio facta fuit metu mortis instātis ꝛ tūc eo recōualescēte reuocatur vt l si sit. ꝙ d2 de don. cā mor. l. l. ij. ꝛ. l. senat⁹. ff. d do. cā mor. aut simplr remisit ꝛ tūc vlteri⁹ nō recōualescit ex regula q2 actio semel extincta ꝛc. vt. l. q̄ reo. §. areā. ff. de so. ꝛ hoc tz Lud. in. l. ij. ff. ad sil. post Bar. ꝛ adducit p hoc q2 cū etiā interuenit iurm ergo q̄rit etiā absenti l. cū qs. §. codicillis. ff. de le. iij. ꝛ marie qn̄ dixit remitto actionem iniuriarum.

Augu. Tu autē in hac materia adde ꝛ dic indistincte qd si sacerdos noīe ꝛ vice illi⁹ q̄ offendit lz sit absens offensor recepit illā remissionē iiurie et sic moriēs ipse offensus pacē red. liderit i manu sacerdotis p stipulationē qd talis recōualescens nō reuocabit talē remissionē p ea q̄ notāter dixit Gan. in trac. maleficiorū sub rub. de trāsactiōe maleficiorū in v̄. itē pone qd quidā mortisere vulnerat⁹ iacēs in

lecto accepta pnia rc.qz cum sacerdos cēseat esse psona publica.l.ius publi-cū.ff.de.iusti.z iure pōt talis psona sti-pulari absenti.l.non aliter.ff.de adop. maxime cū factum pacis sit fauorabile l.j.in prin.C.de cadu.tollē.Cū ergo sti-pulatio sit contractus per quē pmissor obligatur nō poterit talis remittēs so-lus a tali stipulatione recedere.Iuxta ea que habentur in.l.j.ff.de pac.z.l.j. ff.de verbo.obli.

30 Crimine opposito per modū exce-ptiōis vtputa dicēdo accusans est cri-minosus homicida adulter rc.qd erit

30 **Ange.** †Quid si opponit de crie p modū exceptionis vtputa qz dico qd accusans est crimi-nosus homicida.adul.vel leno.rc.z tūc si hoc pbat absoluit ab accusatiōe z tñ ille cōtra quē crimē p modū exceptio-nis opponit nō punit qz talis exceptio a cris nō opponit ad finē punitiuū[a] aut dicit dico qd talis nō pōt me accusare qz homicida vel leno z de dicto crie pe to ipm cōdēnari z tūc tali crie probato nō tm ab accusatiōe repellit sz etiā de crie cōtra eū obiecto puniet vt.l.iuti[9]. z qz ibi habet p gl.Bar.Bal.z Ange.ff. de infa.z p Bar.l.l.ij.§.si publico.ff.de adul.z pbat in.c.cū dilect[9].de or.cog. z no.plene Anto.de bu.in.c.j.de excep. dic vt dixi.insti.de exce.in rubr.Sz Cy. z Sali.in.l.si magnū.C.q accu.nō pos. tenēt qz imo in gne criminosus z non socius eiusdē criminis pōt accusare qz nō reperit lege phibitū p no.ff.de pu. iu.l.is q re[9].nō ob.glo.in.l.q accusare. ff.de accu.qz pcedit in casu legis q al-legat.Et hoc de iure ciuili de iure ve-ro canonico ois criminosus repellit ab accusando: vt ex de accu.c.j.Et an possit opponere exceptionē ꝯ psonā in dictis inquirētis z eius iurisdictionē.z ei[9] pcessum z ꝯ accusantis psonā vel offensi z alias exceptionis declinato-rias z perēptorias vide q dicta sunt.S. in gl.in verbo hec est qdā inqsitio rc. versi.v.principaliter quero rc.cū ver. seq.et in versi.iudex inquirit de deli-cto rc.Et circa modum z formā defen sionis.s.quas defensiones reus facere potest z quo debet arti culare z pbare adde q dicta sunt in glo.super verbo z dictus titi[9] rc. z maxie quando oppo-nit z dicit qd quicqd fe cit ipse ad sui defensio-nem fecit.

Aug. Tu autē in hac materia adde pulchra vba Bal. in.l.falsam. C.si ex fal. instru.vbi ponit an per exceptionem positam quis possit puniri vide do.Anto.de bu.in.c.ij. extra de confes.et do. Ant.de bu.in.c.ij.extra de ordi.cog.per Bar.in l.j.§.sed si is.ff.de ope. no.nūtia.z Bal.in aut. statuimus.C.de episc.z cle.in prin.vide Ro.in l.cum mulier.ff.sol.ma. vide no.in.c.ex cōques-tiōe.extra de resti.spo. z in.c.cū super.extra de concef.preben.

31 Inquisitio dicente qz nō est mortuus ex di-ctis vulnerib[9] sz iā sūt plures dies quod fuit vulneratus vel qz non pa ruit medicis vel similia quid erit.

32 Maleficio pbato per testes si dicatur cōmis-sum de nocte inquisit[9] potest inducere testes. quod illa nocte luna nō lucebat sed erat obscu-rum.

33 Probatiōe facta qz titi[9] fuit percussus a caio tri bus vulneribus ex qui bus mortu[9] est si dicat qz hoc non est veruz po test subijci cadauer titij oculis iudicis vt videa tur quo nō reperto ve-ro absoluitur.

a Punitiuū. Adde vt p Old.la te in ɔs.ciij. et Petr.de an.in consi. cccxxvj. et qñ qs possit puniri qñ crimē obij-cit p viam exceptiōis vide Pe.de an. in cōsi. clxxij. Ber.

